Apuleius Platonicus, DE VIRIBUS herbarum,

ad veterum exẽplarium fidem magna diligentia excuſus: cui adſcripta eſt nomẽclatura, qua officinæ, herbarii & vulgus gallicum efferre ſolent.

PARISIIS
Apud Petrum Drouart, in vico Iacobæo, ſub ſigno ſcuti ſolaris.
1543

Apuleius Platonicus de herbarum virtutibus.

IOANNIS PHILIPPI DE LIGNAMINE Equitis Siculi.S.N.D.Sixti quarti familiaris, ad illustrissimum & reuerẽdissimum D.dominum F.de Gonzaga,Cardinalem Mantuanum.

CVm mecum cogito,amplissime princeps,aduẽtum meum ad illustrissimum principem Lodouicum,Marchionem Mantuanum,patrem tuũ, ad quem missus sum a Sixto põtifice maximo, vt eum rosæ aureæ munere donarem, in mentem venit ordo,prudentia,sapiẽtia,disciplina,quibus vrbem Mãtuam quibusdam firmis gubernaculis regeret:quam institutionem ciuilem plurimos dies libenter & studiosè contemplatus,præter vrbis ornamenta exquisitissima,cuius non tam instaurator quam fundator ab omnibus facile dictus est,preter suorũ ciuium & aulicorum mores castigatissimos, & principis sui nequaquã dissimilimos : facilè fateor eã esse meorum temporum sortem, quibus videtur ætas illa aurea, quæ sub Saturno fuisse scribitur,cõparari posse. Mea autem tẽpora appello regnum fœlicissimum Alphonsi regis:cuius animi magnitudinem, munificentiam, liberalitatem,prouidentiam, iustitiam, fortitudinem in præsentia reticeo, cum eius innumeræ virtutes per omnem Italiam elucescant. Videbatur autem diuino munere & consilio factum:vt cum tot Italiæ lumina penè omnia extincta fuerãt,quales sanè(quẽ proposui) Alphonsus Arragonum rex,Philippus & Franciscus Sphortia,clarissimi Insubrium & Ligurum duces,ille solus conseruatus erat:ne scilicet clarissima Italia quasi mater vno tempore,vniúsque fortunæ ictu, cũctis filiis orbaretur, & adesset qui rerum & temporum vicissitudines & varietates

 sua

ſua prudẽtia, & ſapientia moderaret, regeret, gubernaret, dubiis & animi pendẽtibus conſuleret, lapſos proſtratosq; erigeret, oppreſſis opem ferret, fœlicémque fortunã & ſtatum quàm ſapientiſſimè conſeruaret: quod eò melius facere poterat nemo, cui & ſcientia rei militaris, & animi magnitudo, & autoritas ac fœlicitas inerat. Ab ineunte enim ætate, in militiæ diſciplinam profectus, nõ ſolum æqualium ſuorum, ſed eorum etiam omnium qui ætate eum multò ante ibãt ſtudio induſtriáque militari, labore, vigilantia, exercitatione aſſidua currendi, iaculandi, equitandi, facilimè ſuperabat: frigoris, caloris, inediæ, ſitis patientiſſimus ſupra ætatẽ & fortem. Inter bellicoſiſſimos viros cõſilio, manu, autoritate, haud dubiè princeps, qui cum omnia in vnius fortunæ poteſtate atq; arbitrio poſita ſint, ſic cum eo eſt actum, vt res ſuæ, ab ea auctæ, ornatæq; plurimum, omnino diminutæ nil eſſe viſæ fuerint. Reliquæ verò virtutes quæ rei bellicæ præſidio, adiumentóque ſunt, dici non poſſet quàm perfectæ, quamque innumerabiles in eo fuerunt: quas eò pluris facere ſoleo, quò neque fortunæ, neque veritatis rerum, euentorumque his vllus locus eſt. Innocẽtiam primò dico, deinde omnibus in rebus modeſtiam, fidem, facilitatem, humanitatem, ingenium, religionem, multas (vt in homine militari) præterea literas: quæ omnia in eo vno erant tanta, quanta in omnibus ſingula nunquam fuerunt: quem, vt ita dixerim, in ipſis cunabulis Pallas videbatur aluiſſe: tradidiſſeq; non ſolum ei ſapiẽtiam cęterasq; virtutes, verũetiam haſtam & ægida, vt illius rem pub. & ciuitates, gentes, populos regeret & gubernaret. His verò hoſtes inſolentiſſimos, pacis & quietis inimiciſſimos ꝙfortiſſimè pelleret, exturbaret, profligaret: neq; ſolum dixerim vniuerſam Italiam, ſed totum pene orbem huiuſcemodi principibus, & exercituum imperatoribus ſpoliatum, qui domi militiæque valerent, qui ciuitatum & publicarum rerum gubernationibus digni eſſent: in quorum prudentiam & vera conſilia, nihil noui aut inopinati poſſet accidere, quorum integritatem nemo fallere aſtutia, nemo auro corrumpere, nemo circũuenire inſidiis poſſet. Ego, reuerendiſſime & ornatiſſime princeps, annos iam pene quinquaginta natus, & varia mundi fortuna vſus, qui mores hominum multorum & vrbes vidi, dum veteres principes memoria repeto, qui ætate noſtra illis comparari queant, præter patrem tuum inuenio

neminem

neminem. Clarissima enim Gonzagorum familia septingẽtos annos & eò amplius effloruit, quod dictum à me verè nō blandè accipias velim: vbinam obsecro terrarum & gentium inuenias tres quatuórue principes huiuscemodi, quales tibi antea commemoraui? Quis enim est ex nostri temporis principibus, qui virtutis studiosos exquirat, prouocet, primis alliciat donis, proponat stipendia? Nemo omnium est præter te qui patrem imitaris, qui sibi hanc laudem potuerit vendicare. tu enim, vt maxima ingenij, doctrinæ, dignitatis, religionis, sapientiæ ornamenta sileam quibus præditus es, ætatis nostrę ita omnium opinione facilè princeps es, pace aliorum dixerim, vt inter viros illos quos antiquitas tantopere admirata est, cui concedas non facilè reperias: non modo æquas, verũetiam superas. O fœlicissimos parẽtes, tali filio dignos: parentes, inquam, ne Barbaram matrem silentio prætercam. Equidem nunquam vidi minus Barbaram, imò potius (vt dicam quod sentio & quod in confesso est) magis sapiẽtem: rectéque vsurpari potest quod de se prædicare Marcus Tullius solebat, facturum se Ciceronum nomen longe quàm & Lentulorum & Fabiorum illustrius: ꝙ si hoc tempore nouare rebus vocabula auderem, profectò sapientissimè non nisi barbarè appellarem. Ita ab ea id vocabulnm omnium virtutum genere ornatum, auctum, illustratum est. Sed quorsum de matre tua? Nam etsi virtutes in eo libello, quo clarissimarum illustriũque mulierum nomina complexus sum, attigi, tamen tot tantæq; sunt, vt fatear, si mihi esset Ciceronis facundia, me non modò non multis laudibus efferre, sed ne recensere quidem posse. Superiori tempore omnis spes mea in prĩcipe illo munificẽtissimo, rege meo Alphonso, item in Ludouico patre tuo reposita & fixa erat, quem fata (proh dolor, proh deorum maiestatem) abstulerunt, à quo non mediocre auxilium in meis rebus afflictis fuerã assecutns. Nam nisi sua liberalitate & munificentia, qua in me vsus est, cum ad vrbem Mantuam profectus sum, me hactenus sustẽtassem, in medio pene cursu omnino defecissem: nunc verò omnem vitæ meæ quæ ad viuendum restat spem in te solo reposui & fixi, quare a me in primis & a cæteris omnibus qui virtutem colũt, Deus Opt. Max. rogandus est & obsecrandus, vt te ad vtilitatem omniũ diutissimè & fœlicissimè seruet. Est enim domus tua asylum, & refugium omnibus oppressis, & calamitosis, sub-

 fidium

ſidium his qui auxilium implorant, ſalutare conſilium deceptis & laborantibus: nullúq; virtutis genus eſt, quod apud te non inueniat laudem, premium, & requiem. Ita vt non ſolùm iis quos paulò ante nominaui principibus, ſed etiã veteribus illis comparandus ſis, quibus vt tibi, ſtudiorum & religionis tuendæ & amplificãdæ cura fuerit, omnesq; virtutis ſtudioſos ad virtutem colendam, vt olim Athenienſis populus Periclem coronarunt. Sed ne longior ſit oratio mea q̃ ipſe libellus cui pręponitur, Apuleium Platonicum de viribus herbarum, nuper apud Caſſinum inuẽtum, & diligenti ſtudio correctum, opus ſanè elegantiſſimum in eo dicendi genere, amplitudini tuæ dicaui & tribui : vt intelligeres me tui patris, tuorũque meritorum magnitudinis memorem eſſe: vt ſi quãdo corpus tuum (quod abſit) in aliquod morbi genus (ſiquidem vita noſtra vt breuis, ita variis morborũ generibus expoſita, & obnoxia eſt) inciderit, habeas vnde remedia philoſophica, naturalia, ſalutaria potius quàm medicorum, & artificio comparata petas. Fuit enim vir iſte Platonis diſcipulus, & hunc laborem non inuitus ſuſcepit ad commune mortalium vtilitatem : vt ſcilicet medicorum auaritiam & fraudes plerũq; admixtas tolleret, quod in procemio ſuo ipſe teſtatus eſt: & huiuſcemodi opuſculum ex Chyrone Centauro & præceptore Achillis quondam mutuatus eſt: quod tu cum vacuus fueris leges obſecro libẽter & fœliciter, & ceteri mortales non minus Apuleio authori q̃ tibi, cuius cauſa & authoritate opus in lucem venerit & circũfertur. debebunt. Vale glorioſiſſime princeps, & diu hoc munere meo fruere.

Apuleius quis.

EXORDIVM
in herbarium.

A Puleius Platonicus ex pluribus paucas vires herbarum, & curationes corporum, ad fidem veritatis monumẽtis publicis tradidit. Breuibus ille quidem, ſed tamen omnino cõmode, & pro ſui ingenij ratione. Peſſimè enim oderat quorundam ſtupiditatem verboſam, & ſtupidam honoris cupiditatem, qui cum toti ex imperitia concreti eſſe videren tur, medici titulo celebrari quærerent: nihil non ſibi arrogã tes inani verborum ambitione : quaſi verò medicum venditatio redderet, ac non potius ratio & facultas curandi male adfecta hominum corpora. Ego vero, Marce Agrippa, cum

in animo

in animo habeã artis meæ commẽtarium tibi probare, fusius aliquãtò cogor rem tractare. Nam medicamenta præscribẽs ceu piaculum quoddã existimo præterire effectus. Sed tamẽ ita singula tẽpero, vt quicquid hoc est, quod tibi muneri mitto, tum ciuibus meis, tum peregrinis etiam & externis (rumpantur inuidia licet maleuoli medici) valde profuisse constet.

betonica. *Herba prima Vettonica.* ¶ Betoeine. 1

¶ Dicitur à Græcis Prionites: aliis Psychotrophon: aliis Syderitis: aliis Cyssaros: aliis Pharpharia: aliis Athanatos: aliis Perone: aliis Porpacion: aliis Diprynion: aliis Indice: aliis Theriophonos: aliis Hierobotane: aliis Cosmice: aliis Pãdonia: aliis Vettonica: aliis Serratula.

Herba Vettonica nascitur in pratis & in montibus, locis mundis & opacis, circa frutices: animas hominum & corpora custodit, nocturnas ambulationes, & loca sancta. Lege eã mense Augusto, sine ferro: eamq; tibi excute, ne terra inhæreat, & ĩ vmbra arefacies. atq; ita terescũ radicibus suis, & cribro aromatico mollissimè in puluerẽ redactã cernes. Cũ volueris vti, sic vteris. Ad capitis fracturã.

¶ Herba Vettonica contusa, & super caput imposita, vulnus celeriter glutinat, eò quidem efficacius, si tertio re facta, recentiori frequentius imposueris, donec sanus fiat. Eius potestas tantam fertur habere vtilitatem, vt ossa quoque fracta, vi sua extrahat. Ad oculorum vitia vel dolores.

¶ Herbæ Vettonicæ radicem in aqua ad tettias coquito: ex ea aqua oculos foueto, ipsa eius folia trita, super frontem imponito. Ad aurium vitia, vel dolorem.

¶ Herbæ Vettonicæ recentis folia mitte in aqua, & madefacta & trita, succum eius excipito: deinde tepefacito, & in aurem stillato: lanaque coopérta mirè prodesse creditur.

Ad caliginem oculorum.

¶ Herbæ Vettonicæ drachmam vnam, aquæ calidę cyathos quatuor ieiunus bibat. Ad ventris dolorem.

¶ Herbæ Vettonicæ drachmas tres & vini aminei cyathos tres, piperis grana. 17, Omnia contrita & calefacta, ieiunus bibat. Ad alnum concitandum.

¶ Herbæ Vettonicæ drachmã. i. aquæ calidæ cyathos duos ad bibendum dato: his autem duntaxat hæc erit apta compositio, quorum non ex cruditate intestina torquentur.

Ad coli dolorem, id est colicum.

¶ Herbæ

¶Herbæ Vettonicæ drachmas.iiij.hydromelitos cyathos, viij.ad bibendum dato, ventrem præsentaneum mouet.

Ad tussim.

¶Herbæ Vettonicæ succus, cum vino austero æquè proficiet, herbæ vettonicæ vncias ij.ex melle accipiat per dies nouem.

Ad quotidianas.

¶Herbæ Vettonicæ vel pulegij drachmas singulas, aquę calidæ cyathos decem sub accessione dato bibere, sanabitur.

Ad tertianas.

¶Herbæ Vettonicæ drachmas.iij.aquæ calidæ cyathos.x. sub accessione dato bibat, sanabitur.

Ad quartanas.

¶Herbæ Vettonicæ drachmas.iij.mellis attici vnciam.j. aquæ calidæ cyathos.iii.vino mixta ante accessionem da bibat, sanabitur.

Ad vesicæ dolorem.

¶Herbę Vettonicę drachmas.iiii.apii radicis drachmas.iii. decoque in sextarium aquę ad medias: cum decoctæ fuerint, herbæ vettonicæ in se permiscebis: dabis bibere per dolorē, in perpetuum sanat.

Ad calculosos.

¶Herbæ Vettonicę drachmas.iii.ex aceto scyllitico, & mellis vnciam vnam, & aquæ calidæ cyathos nouem bibat, & sanabitur.

Ad hydropicos.

¶Herbæ Vettonicæ drachmam vnam, & aquæ calidæ cyathum vnum da triduo bibat, sanabitur.

Ad mulieres quando partu laborant & febricitant.

¶Herbæ Vettonicæ drachmas.ii.aquæ calidæ cyathos.iiii. si sine febre fuerit, ex mulsa cyathos.ii. da bibere, sanabitur.

Ad paralysim.

¶Herba Vettonica trita & imposita neruos etiam præcisos glutinare, & persanare creditur.

Ad horrores.

¶Herbæ Vettonicæ drachmas duas, aquæ calidæ cyathos sex, vini austeri cyathos duos sub accessione da bibere, mirè sanabitur.

Ad mulieres quibus loca à frigore vexātur

¶Herbæ Vettonicę drachmas.iii.aquæ calidæ cyathos.iiii. da ieiunè bibat, triduo remedia sentiet.

Ad sanguinem qui per os reiicitur.

¶Herbæ Vettonicæ drachmas.iii.lactis recētis caprini cyathos.iii.triduo bibat, cōtinuo sanabit̃.

Ne ebrius quis fiat.

¶Herbā Vettonicā prius sumat.

Ad euersos de vehiculo.

¶Herbæ Vettonicæ drachmas.iii.vini veteris cyathos.ii. calefac, tum bibat.

Ad carbunculos

¶Herbæ

¶ Herbæ Vettonicæ drachmã vnam, aquæ calidæ cyathos duos bibat. Item herba Vettonica cum axungia trita plagæ imponatur, sanabitur.

Ad eos qui perfrictionibus laborant.

¶ Herbæ Vettonicæ vncias decem ex vini cyathis quatuor bibat triduò, & sanabitur.

Ad Ictericos, id est, morbo regio qui sunt auriginosi.

¶ Herba Vettonica admixta ex vino cyathos .iij. frequenter bibat. Ad lassos de via.

¶ Herbæ Vettonicæ drachmam vnã, vini & oxymellis cyathos tres potui dato. Item herbæ vettonicæ siccæ puluerẽ. I. ex vino cyathos duos in aqua calida mulsa dato eis qui aliquo ictu læsi fuerint, vel de vehiculo lapsi sunt.

Vt facilè concipiat.

¶ Herbæ Vettonicæ drachmas .iij. mellis vnciam coquito donec durescat, ex aqua calida cyathos duos bibat.

Ad eos qui cibos retinere nõ possunt.

¶ Herbæ Vettonicæ drachmas quatuor, mellis decocti vnciam pastillos ex his facito quatuor, pastillum vnũ glutiat, aquæ calidæ cyathos quatuor potui dato.

Ad ventris dolorem vel tumorem.

¶ Herbam vettonicam cum vino tritam opponito, potenter facit. Ad serpentis morsum.

¶ Herbæ Vettonicæ drachmas .iii. in vini heminis tribus dilutum, & potui datum omnium serpentiũ morsum sanat.

Ad venenum si quis sumpserit.

¶ Herbæ Vettonicę drachmas .iij. ex vino cyathos quatuor, statim reiicit venenum. Item ad serpentum morsus.

¶ Herbæ Vettonicæ drachmam vnã, vini nigri cyathi tres: trita & illita vulnus sanant.

Ad canis rabiosi morsum & lumbricos.

¶ Herbam Vettonicam contusam, morsui imponito.

Ad fistulas.

¶ Herbam Vettonicam contusam rotundam facito, obliga & expurgat. Ad lumborum & costarum dolorem.

¶ Herbæ vettonicæ drachmas duas ex mulso potui dato febricitanti cum aqua calida: lumborum dolorem sanat mirificè. Ad podagram.

¶ Herba vettonica ad tertias decocta aqua & potui data, ipsaq; trita & imposita mirè dolorem lenit, expertus affirmat.

Herba Plantago. Plantain. 2

¶ Alii heptapleuron: alii plantaginem maiorē, à Græcis arnoglossōn, Galli carbidolupon: alii aster: alii arnion, Hispani tyricam vel thesaricam: alii septrocimam: alii probation: alii paupleuron: alii polyneuron tonsion: alii cyuoglossam, Dacii sipotax: alli poruo, Itali plantaginem latam: alii poli pleuron.

Ascitur in paludibus plurimum & pratis.

plantago N Ad capitis dolorem.

¶ Herbæ plantaginis radix collo suspensa dolorem mirè tollit. Ad ventris dolorem.

¶ Herbæ plantaginis succus tepefactus fomentando ventris dolorem tollit mirificè: & si tumor fuerit, tusa & imposita tollit tumorem. Ad dolorem intestinorum.

¶ Herbæ plantaginis succus potui datus, & interiora sanat, & thoracem hominis purgat mirificè. Ad dysentericos.

¶ Herbam plantaginem cū lente coquito, da manducandā, ventrē stringet. Ad eos qui purulentū excreāt cū sanguine.

¶ Herbæ plantaginis succum dabis eis bibere, & sanabuntur. Ad vulnera.

¶ Herbæ plantaginis semen tusum, in vulnus sparsum, vulnera citò sanat, & refrigerat: & loca quæ nimio calore vrgētur, persanat. Ad ventrem stringendum.

¶ Herba plantago in aceto cocta, in mero bibitur, mensura cyathi vnius. Ad morsum serpentis.

¶ Herba plantago trita & cum vino sumpta, commoda erit. Ad morsum scorpionis.

¶ Herbæ plantaginis radix alligata, mirè prodesse creditur. Ad lumbricos.

¶ Herbam plantaginem contundes, & succum eius de cochleari, vel de ligula, dabis bibere: ipsamq; herbam tusam in vmbilicum ponito. Ad duritiam in corpore.

¶ Herba plātago pisata cū axungia sine sale, & quasi in ma lagma facta, īponatur durititei, statī emolliet. Ad quartanas.

¶ Herbæ plantaginis succum in aqua mulsa duabus horis ante accessionem bibat, miraberis effectum.

Ad podagram, & omnium neruorum dolorem.

¶ Herbæ plantaginis folia contusa, vel secta cum salis modico, & imposita, optimè facere certum est. Ad tertianas.

¶ Herbæ plantaginis radices treis conterito, & sub accessionem

nem cum vino, aut cum aqua ieiuno da bibat.

Ad secundarum dolorem.

¶ Herbæ plantaginis semen contritum, & potui datũ prodesse creditur. Ad vulnera recentia.

¶ Herba plantago tusa cum axungia sine sale imponatur, sanus efficietur. Ad eos quibus pedes ab itinere tumuerint.

¶ Herba plantago contusa cũ aceto & imposita, tumores tollere creditur. Ad eos quibus vlcus secus oculũ, vel secus nasum exoriri contigerit.

¶ Herbæ plantaginis succus expressus contusę, & lana mollis succo madefacta imponatur per dies nouẽ, sanus efficietur. Ad dysentericos, siue torminosos.

¶ Herbæ plantaginis semen tritũ pro polenta in vino calido dato bibat, sanus efficietur. Ad parotidas

¶ Herba plantago cũ axungia vetere pisata, & imposita, sanat. Ad vlcera oris.

¶ Herbæ plantaginis succus, & folia eius cocta in ore teneãtur, & radix eius cõmanducetur. Ad fistulas sanandas.

¶ Herbe plantaginis succus fistulis infundatur

Ad morsum rabidi canis.

¶ Herba plantago tusa & imposita facilè sanat.

Ad omnes vesicæ difficultates.

¶ Herbæ plantaginis folia aut radices potatæ ex passo, fortiter medẽtur. *Herba Quinquefoliũ.* Quinte fueille. 3

Græci pẽtaphyllõ, alii pentatomõ. alii pẽtapetes: alii pẽtadactylon. alii pseudoselinõ: alii thymiatitin: alii callipetalon: Aegyptii orphitebeocen: alii hermodactylon: Itali quinquefoliũ: alii xylolothon: alii pimpedonũ: Daci propedulam: alii petrosidion: alii hepation: Galli pempedulam: Prophetæ onycha vocant.

Ascitur in locis pratensibus, & cultis, & mundis, gu-
N statu aspero lacte molli. Ad vitia articulorũ, si percussa fuerint.

¶ Herba quinquefolium tusa cum axungia vetere, sine sale imposita sanat. Ad ventris dolorem.

¶ Herbæ quinquefolii succũ da bibat, sine mora dolorẽ tollet: cochlearia duo dato. Ad vitia oris, vel linguæ, aut gulę.

¶ Herbæ quinquefolii radices ex aqua cocta dabis, gargarizet, vitiũ tollet, & arteriam purgabit. Ad capitis dolorẽ.

¶ Herbæ quinquefolii folia circunscripta ter digito medio

 & pollice,

& pollice,ſublata,cõtrita,& capiti illinitá, efficaciter ſanát: peracto remedio, loco puro reponi conuenit.

Ad ſanguinem de naribus nimium profluentibus.

¶Herba quinquefolij data in potum,vel illinita, reſtringit mirè. Ad ſerpentis morſum.

¶Herba quinquefolii contrita,& potui data cum vino,mirè remediabitur Ad combuſturam.

¶Herba quinquefolinm contrita & potui data cum vino, mirè auxiliabitur. Ad cancrum execandum.

¶Herbam quinquefolium cum vino,& adipe ſuilla vetere ſine ſale,piſatam vino veteri aſpergis,& imponis. Legis autem eam menſe Auguſto,rém vnicam experieris.

Herba Verminacia,uel Verbena. Veruein. 4

¶Alij aryſtercon,alij viniaciam: Græci hierobotanũ: alij cypariſſum:alii liciniam:alii dioſatum : alii demetriam:alii luſtraginen:alii petoromon. Aegyptii pempetar:alii columbinam:alii coleſſum : alii pythagoræ: alii militariam:alii ſipiſection:alii vertatiperum.

Aſcitur vbique in planis,& aquoſis locis. Ad vlcera
N & parotides

¶Herbæ verminaciæ radix in collo ligata ſummè proficit. Ad ſtrumas & parotides,

¶Herba verminacia tuſa & impoſita,mirificè ſanat.

Ad eos qui induratas venas habent,& cibos non recipiũt.

¶Herbæ verminacie ſuccum da bibat,& coctum miſce cum vino,melle,& aqua:ſtatim ſanat. Ad hepatis dolorem.

¶Herbam verminaciã ſolſtitio lectam,& in puluerem redactam,robuſto dabis cochlearia quinque,ex vino quãoptimo cyathos tres bibat,ſtatim remedium ſentiet : pro cuiuſq; viribus ſic dabis. Ad calculoſos.

¶Herbæ verminaciæ radicem contuſam ex mulſo tepido dabis,ſtatim ſuccurret:non ſolũ ipſis calculoſis,ſed etiam quicquid eſt quod vrinam impedit celeriter deducit.

Ad capitis dolorem.

¶Herbæ verminaciæ corona facta,& capiti impoſita, dolorem celeriter tollit. Ad ſerpentum morſus.

¶Herbã verminaciã cũ ſuis foliis & radicibus quiſquis cinctã occultãque ſecũ portauerit,ab omnib⁹ ſerpẽtib⁹ erit tut⁹.

Ad morſum araneorum,quos Græci phalangiones vocãt.

¶Herbæ verminaciæ ramulos ex vino decoctos & contritos

tos imponis plagæ ſi caua eſt, aperiũt primũ vulnus, poſtea crudos cum melle contritos, vlceríque audacter inſertos, maturè ad ſanitatem perducere, certus autor affirmat.

Ad canis rabioſi morſum, & ad hydropicos.

¶ Herbam verminaciam vulneri apponito, triticiq; grana integra inducito vulneri, dum hæc humore molliantur, inde illa gallinæ obiicito, ſi non appetierit, ſublati periculi ſignum erit.

Ad vulnera recentia.

¶ Herbã verminaciã contritã cũ butyro vulneri imponito.

Ad ictericos, id eſt morbo regio laborantes, & qui auriginoſi ſunt.

¶ Herbæ verminaciæ drachma vna, nardi oboli tres, baccæ crudæ foliorum ſuccum exprime paulum, myrrhæ cõtritæ in aqua cyathos tres bibat, pelletur morbus.

Ad ſerpentium morſus.

¶ Herbæ verminaciæ ramulos ex vino decoctos, & contritos impone, plagam cum tumore aperit, & ad ſanitatem celeriter perducit.

Symphoniaca. Du Iuſquiame.

¶ Græci hyoſcyamũ: Itali laterculũ: alii calicularẽ vocãt. Aſcitur in locis cultis, & ſabuloſis, & hortis. Eſt & altera ſubnigro colore, foliis horridis, id eſt, veneno ſis: illa autem candidior has vires habet.

Ad aurium dolorem.

¶ Herbæ ſymphoniacæ ſuccus tepefactus, & in aurem ſtillatus, aurium dolorem mirè tollit: & ſi vermes fuerint, necat.

Ad tumorem geniculorum.

¶ Herba ſymphoniaca tuſa & impoſita, dolorem tollit.

Ad dentium dolorem.

¶ Herbæ ſymphoniacæ radicem coctam cum vino auſtero ſorbeat, & teneat eam in dente qui dolet, mox ſanat dentiũ dolorem.

Ad inguinum dolorem.

¶ Herbæ ſymphoniacæ radix alligata in femore, & dolorem, & tumorem inguinum tollit.

Ad iocineris, & pulmonis dolorem, & vexationem.

¶ Herbæ ſymphoniacæ radicis ſuccum da bibat, cum ſumma admiratione ſanabitur.

Ad pedum dolorem.

¶ Herba ſymphoniaca alligata pedum dolorem tollit: & ſi contuſa cum ſua radice fuerit, & ſuper pedes poſita, mirè dolorem tollit, & tumorem ſanat.

Ad pectinum mulierum dolorem,

¶Herbæ ſymphoniacæ ſuccum mixtum croco da bibat,mi raberis effectum.

vipma
Vipeaina, id eſt, Draconteaſolum nomen,id eſt, Viperinam habet. Couleuuree. 6

Couleuuree

NAſcirur in flumine, vel inter ſegetes, foliis mollibus, aſpero guſtatu. Ad viperæ morſum.

¶Herba viperina trita cum vino potui data, mirificè morſum ſanat,& venenum diſcutit.Legis eam menſe Aprili.

venerea

Venerea. Piperache. 7

¶Alii aphrodiſiam,Itali veneream,Græci achorum,Galli piperapium,alii ſandicem nauticam:alii ſingentiauam.

NAſcitur in locis cultis,& hortis,& pratis.Legis eam mēſe Auguſto.

Ne apes examinent,& fugiant.

¶Herbam veneream in vaſe apium ſuſpenſam habeto, nunquam ſeducentur.Hæc herba rarò inuenitur,nec etiam ſcire poteris,niſi cum floſculum emiſerit.

Ad duritiam vrinæ & difficultatem.

¶Herbæ venereæ radicem ex aqua decoctam ad tertias da bibat triduo vrinam mirificè deducit, & ſtranguriā ſanat.

Pied lyon

Herba pes leonis. Pied de lyon. 8

¶Alii acopen:alii pedē leonis: Græci leontopodion: alii paſiphilon hyrundineta.

NAſcitur circa campos.

Si quis defectus fuerit,ſic eum tollet.

¶Herbæ pedis leonis frutices ſeptem ſine radice coquito ex aqua,Luna decreſcente:lauato eum & te qui facis ante limen,extra domum prima nocte,& herbam incende ariſtolochiam,& eū ſuffumigato,& recedite à domo, & ne poſt vos reſpiciatis,ſoluit eum.

herba
ſcelerata

Herba ſcelerata. Pied de corbeau. 9

apium riſus

¶Alii milion:alii ruſilonon:alii ſelmon agrion: Græci botration:alii ſtalucen:alii cataticen:Aegyptii ſeneocor alii choras:alii cauticem:alii peucion: alii apium ruſticum : alii ciorophis:alii clorophir: alii lycoponon : alii apiumriſus.

NAſcitur in locis humidis,& aquoſis: ſi quis eam guſtauerit ieiunus,ridendo exanimatur:eſt enim cantica.

Ad vlcera cyronia.

Herbam ſceleratam tuſam cum axungia ſine ſale imponis vulneri,& comedet, ſi qua fuerit ſordes expurgabitur. Caue tamen ne diutius patiaris quàm neceſſe eſt,ne corpus ſanum exedat. Si argumentum rei experiri volueris,tunde eam, & ſuper ſanam manum impone,& alligato,ſtatim corrodit corpus.

Ad ſtrumas & furunculos.

¶ Herbam ſceleratam tuſam,& ſubactam cum fimo porcino imponis ſtrumis,vel furunculis,intra paucas horas diſcutit,& purgat.

Batration uel Statice. Marguerites blanches. 10

NAſcitur locis ſabuloſis,& campeſtribus,& arenoſis. Radix eius ſimilis eſt verriculo: radiculas paucas,& tenuiſſimas habet.

Ad lunaticos.

¶ Herba batration ſi lunatico in ceruice ligetur lino rubeo Luna decreſcente,cum erit in ſigno Tauri,& Scorpionis parte prima,mox ſanabitur.

Ad cicatrices nigras.

¶ Herbam batration tuſam cum ſua radice mixto aceto impones his,qui habent cicatrices nigras,exedit eas,& ſimiles corpori facit colore.

Artemiſia Monoclonos. Armoiſe. 11

¶ Artemiſia ramoſa Græcis quibuſdam monoclonos, aliis toxiteſia,aliis epheſia,aliis anactorios,aliis ſoſuſa aliis lycophryx,Magis hominis ſanguis, aliis cryſanthemon,Romanis herba regia, aut artemiſia, aliis rapium,aut tartana,Gallis pona,Dacis zuoſte dicitur.

NAſcitur locis lapidoſis,& ſabuloſis.

Ad inteſtinorum dolorem.

¶ Herba artemiſia monoclonos piſata,in puluerem redacta cum aqua mulſa potui data,inteſtinorum dolorem ſedat.

Ad iter faciendum.

¶ Herbam artemiſiam monoclonon ſi quis iter faciens ſecũ in manu portauerit,non ſentiet laborem itineris: fugat dæmonia,& mala de domo prohibet: auertit oculos malorum hominum.

Ad dolorem pedum.

¶ Herba artemiſia monoclonos tuſa cum axungia,& impoſita,dolorem pedum tollit.

Artemiſia Traganthes. Armoiſe. 12

Ad veſicæ dolorem,& ſtranguriam.

¶ Herbæ

¶ Herbæ artemisiæ succum ad scrupulos duos ex vino, febricitanti ex aqua calida cyathos duos potui dabis.

Ad coxarum dolorem.

¶ Herbam artemisiam traganthem tundes cum axungia ex aceto, bene subiges, impones & alligabis, tertia die sanabitur.

Ad neruorum dolores & tumores.

¶ Herbam artemisiam tusam cum oleo bene subactā impone, mirificè sanat.

Ad pedum dolorem.

¶ Herbæ artemisiæ traganthes radicē ex melle dabis manducet, & item cœnato, purgabit, vix credi possit tantam vim habere eam.

Si quis febribus vexatur.

¶ Herbæ artemisiæ succum cum oleo rosaceo perunges, febres tollet: hanc herbā si fricaueris, optimum odorem habet.

Artemisia leptaphyllos ✝ *Artemisia Leptaphyllos.* Armoise. 13

¶ Nascitur circa fossas & aggeres: flosculum eius si contriueris, sampsuci odorem habet.

Ad stomachi dolorē.

¶ Herbam artemisiam leptaphyllon tusam, & cū oleo amigdalino bene subactam more malagmatis, inducis panno mūdo, & imponis, quinto die sanabitur. Et si fuerit eius radix super limen ædificij suspensa, domui nemo nocebit.

Ad neruorum tumorem.

¶ Herbæ artemisiæ succo cum oleo rosaceo mixto, perunge eos, & desinent esse tremuli, & vitium omne tolletur. Has autem tres artemisias Diana dicitur inuenisse, & virtutes earū, & medicinas Chironi Cētauro tradidisse, qui primus de his herbis medicamen instituit. Has autem herbas ex nomine Dianæ artemisias nuncupant.

Lapathum *Lapatium.* De la parelle. 14

¶ Nascitur locis sabulosis & in aggeribus.

Ad panniculam in inguine.

¶ Herbam lapatium contundes cum axungia vetere sine sale, sic vt axungia duplò sit quam herba, & bene commixtam facies turundulam, & inuolues in folio cauliculi, & inmittes eam sub cinere calido, & cum caluerit tunc imponis super panniculam, panno ligabis, hoc eximium est & optimum.

Dracontea ✝ *Dracontea.* Coul de dragon. 15

¶ Alii anchomanes, alii seron, Prophetę tiphonos, à Græcis dracōtea, alii cherion, alii facinaton, alii corcodulon, alii pitoton, alii dorcadion, alii theoriphonon, Aegyptii enimion, alii asclepias.

De draconis

¶De draconis sanguine nata fertur. Dracontea nascitur in locis summis, & sanctis, terra Apulia super saxa, tactu mollis, gustu dulcis, vt castanea viridis sapore: radix ima caput draconis habet. Ad omnium serpentium morsus.

¶Herbæ dratonteæ radix in vino trita, & tepefacta, ac potui data venena discutit. Ad ossis fracturam.

¶Herbæ draconteæ radix cum axungia pisata, & in malagma redacta, ossa fracta de corpore educit, & lapides extrahit. Legis eam mense Iulio.

Satyrion ### *Satyrion*. Du satyrion. 16

¶Alij cinos, alii panion, Galli via, à Græcis satyrion, allij ennaticon, alii serpinon: Itali priapiscũ, Aegyptus orcisalitexion, alii eriton, alii mene, alii torminalis.

NAscitur in montium radicibus locis solidis, & pratis, & cultis, & maritimis. Ad vlcera difficilia & cicatrices

¶Herbæ priapisci radices tundes, & impones, & cicatrices claudet. Ad lippitudinem oculorum.

¶Herbę priapisci succo inunges lippitudines, & dolores tollet sine mora. Si quis mulierem non poterit affectare.

¶Herbæ priapisci radicem teris cũ piperis albi granis quatuor, & mellis vnciis tribus in vino optimo, medicamen triduo sumis. Legis eam mense Iulio.

Gentiane ### *Gentiana*. Gentienne. 17

¶Alii centanriam radicem, alii aloën gallicam, alij narcen, alii chironiõ, Dardani aloitin, Romani genus aut cicendiam, alii criminalem vocant.

NAscitur in gemellis montibus: hæc herba ad omnia antidota facit, tactu molli, gustu amaro.

Ad serpentium morsus.

¶Herbæ gentianæ radix sicca, & in puluerem redacta, pondere vnius drachmæ potui datur, ad cyathos tres sumpta, validissimè prodest.

Pain de pourceau ### *Orbicularis*. Pain de porceau. 18

¶Aliis cyclaminus, aliis cysanthemon, aliis cyssophyllon, aliis chelonion, aliis ictyopheron, aliis silene, à Socrate triphalites. ab Osthane aspho, à Magis miasphio, Aegyptijs thesce, à Romanis rapum terræ, aut terræ vmbilicus vocatur.

NAscitur in locis cultis, & montuosis.

Ad caput depilandum.

Herba orbicularis in naribus immittitur.

Ad aluum concitandam.

Herbæ orbicularis collyrium factum, & inictũ, catharticum est.

Ad splenis dolorem.

Herbæ orbicularis succum ad cyathum vnũ, aceti optimi cochlearia quinque, per dies continuos nouem potui da, miraberis effectũ: contra splenem pendens efficaciter medetur, & cyclamini succo quisquis anum tetigerit, mira celeritate alui solutionem experietur. Legis eam omni tempore.

Polygonum. Corrigiole 19

Polygonum vel sanguinaria

Alii polygonatum, alii cynochalem, alii heracliam, alii asphalton, alii chiliophyllon, alii clema, alii polycarpon, alii carcinethron, alii teuthalida, alii myrtopetalon, alii cnopodion, alii zarithea, alii pedaliõ, Aegyptii telphin, alii stemphin, Magi genituram herois, alii vnguem muris, Latini sanguinariam aut seminalem appellant.

Nascitur vbiq; locis cultis & aggeribus. Legis eam æstiuo tempore.

Ad eos qui sanguinem reiiciũt.

Herbæ proserpinacæ succum cum vino optimo austero, sine fumo tepefactum, ieiunus bibat per dies nouem, miram rem experieris.

Ad lateris dolorem.

Herbæ proserpinacæ succo cum oleo rosaceo, si eũ sæpius perunxeris, tollet dolorem.

Ad mammillarum dolorem & tumorem.

Herba proserpinaca tusa, & cum butyro subacta, & imposita, discutit mirè dolorem & tumorem.

Ad oculorum vitia & dolorem.

Ad herbam proserpinacam vades ante solis ortũ vel occasum, & circunscribes eam anulo aureo, & dices te tollere eam ad remedium oculi grauis, & post triduum ante solis ortum sublatam circundabis collo, proficiet diligenter.

Ad aurium dolorem.

Herbæ proserpinacæ succus tepefactus & in aurem stillatus, mirificè dolorem discutit: etiam ipsi experti sumus eum potenter proficere, & vlcera quoq; aurium sanat.

Ad dysentericos.

Herbæ proserpinacæ succus foliorum cũ aqua calida potui datur quantum tibi videtur, sanus efficitur.

Aristolochia. De la sarasine. 20

Aristolochia

Aliis

¶Aliis dactylitis, aliis melocarpos, aliis teuxinon, latinè aristolochia, aliis dardanos.

NAscitur in locis montuosis, solidis, & cultis.

Ad vim veneni.

¶Herba aristolochia trita vel pisata, cum mero potui data, vim veneni expellit. Ad febres acerrimas

¶Herba aristolochia suffumigabis eũ: fugat etiam dæmonia. Ad fistulas.

¶Herbæ aristolochiæ radix fistulis inserta, celeriter expurgat, & ad sanitatem perducit: medici quoq; sine ea nihil curare possunt. Ad frigore exustos.

¶Herba aristolochia ex oleo calefacto, eam vim habet cum axungia vetere porcina.

Cõtra serpentium & hominum morsus.

¶Herbæ aristolochiæ radices ad pondus denarii vnius, in vini hemina sæpius bibat, discutiet venenum serpentis. Si infans contristatus fuerit, herba aristolochia suffumigabis eũ, hilariorem facies.

Ad carcinomata, quæ in naribus nascuntur.

¶Herba aristolochia cum cypero, & draconteæ semen cum melle impositum, emundat.

Nasturcium. Du nasitort. 21 Nasturtium

¶Aliis cardamon, aliis cynocardamõ, aliis iberis, aliis cardaminaca, Aegyptiis semeth, Romanis nasturcium dicitur.

Ad caput depilandum.

¶Herbæ nasturcii succum si naribus induxeris, caput depilat. Hoc nasturcium non seritur, sed nascitur ab se circa parietes imos. Ad capitis vitia, & prurigines, & furfures.

¶Herbæ nasturcii semen mixtum cum adipe anserina, & trĩtum albationem, & furfures à capite eliciet.

Ad cruditatem.

¶Herba nasturcium, & pulegium ex aqua decoctum da bibat, emendabitur, & discutiet cruditatem.

Ad strumas.

¶Herbam nasturcium in menta contritum, super strumas imponis, superposito oleris folio. Ad furunculos sanãdos.

¶Herbam nasturcium cum fermento imponito, concoquet & sanat.

Hierobulbus. Sacreschallote. 22 [illegible]

A Græcis dicitur hierobulbus.

Nascitur vbique circa sepes, locis sordidis.

Ad articulorum dolorem.

Herbæ hierobulbi vncias sex, sebum caprinum ad vncias sex, cyprinum oleum ad libram, & vncias duas in se pisato, & commisceto: veteris, dolorem articulorum tollit.

Ad lentigenes si in facie mulieris fiunt.

Herbæ hierobulbi radice cum lumento lupinacio cõmixta, mulieris faciem lentiginosam lauato, statim purgat.

Apollinaris, id est, mandragora. Du Iusquiame. 23

Alii dorigenion, alii cecaneno, à Græcis dicea, alii sariciriomamion, Itali apollinarem, Daci colidam, alii herbam bacchinam appellant.

Apollo hanc herbam fertur inuenisse, & Asclepio dedisse: vnde nomen imposuit ei apollinaris. Ad vulnera cyronia.

Herbam apollinarem cum axungia vetere sine sale teris, vinum vetus sine fumo ad cyathum vnum, axungiæ libram simul pisabis, tanquam malagma, & imponis.

Camomilla *Chamæmelon, id est, camamilla.* Camomille 24

Alii anthemida, alii leucanthemon, alij herãthemõ, quoniam vere floreat, alii chamæmelon, quoniam malum odorem habeat, nonnulli melanthemon, alii chrysocomã, alii calliam, Romani mallium, Aphri asterti phen appellant.

Ad oculorum vitia & dolorem.

Herbam chamæmelon si quis ante solis ortum carpserit, dicet ad caliginem vel dolorem oculorum se carpere, ad albugines oculorum maximè faciet, secum alligatam gestet.

Ad calculum.

Herba chamæmelon ad drachmam vnam potui detur, calculum eruet

Chamædrys. De la chesnete. 25

Aliis chamædrops, Latinis trisago dicitur.

Sunt qui eam teucrion vocant.

Nascitur in locis montuosis, & sabulosis.

Ad conuulsos.

Herbam chamedryn contusam de ligno adiecto vino potui data, etiam ruptos sanat. Ad viperæ morsum.

Herba chamedrys in puluerem mollissimum redacta & in vino veteri potui data, venenum vehementer discutiet.

Ad podagrã.

Ad podagram.

¶Herbam chamedryn item dabis vt suprà calidam, mirè podagram mollit. Legis eam mense Augusto.

Chamælæa. De la carline. 26

¶Alii pyros agnen, alii heracleon, alii bdelyrá, alii coccon gnidion, Romani citocacium, nonnulli oleaginem, quidem oleastellum vocant.

Ad hepaticos.

¶Herbæ chamælææ succus potui datus cum vino, febricitanti cum aqua calida, mirè proficit.

Contra venenum.

¶Si quis acceperit herbam chamælæam siccatam, in puluerem redactam, & in vino potui datam, discutere venenũ certum est.

Ad hydropicos.

¶Herba chamælęa, & chamędaphne, & chamedrys, & chamæpitys æquali portione tusæ, & mollissimè cribratæ, si in potione mixti vini iuuenibus cochlearia quinq; des: item iunioribus & mulieribus cochlearia tria: pueris cochleare vnum, mirificè aquam omnem de corpore per vrinã digerit.

Chamæpitys. Yue muscate. 27

¶Alii olochyron, Athenienses ioniam, Græci chamæpityn, Itali abigã, alii syderitin, alii cypressinã nigrã, alii dromagriam, Aegyptii nemeneps, prophetæ hæma appellant.

Ad vulnera.

¶Herba chamæpitys contusa & imposita, vulnus sanat. Si autem altum vulnus fuerit, succum eius in vulnus mittes.

Ad strophi dolorem.

¶Herba chamæpitys potui data dolorem strophi, hoc est, interaneorum tollit.

Chamædaphne. Du liseron. 28

Alii lactilaginem, Græci daphnitin, alij hydragogon, Galli vsibim, Itali laureolam vocant.

Ad aluum concitandam.

¶Herbam chamædaphnen in puluerem redactam mollissimum potui dato in aqua calida, aluum concitabit.

Hortriago, id est, parietaria, Parietaire. 29

¶Nascitur circa monumenta, aut in monumentis: aut in parietibus, qui sunt circa radices montium.

Ad eas res, quæ in homine nascuntur.

¶Herba hortriago tusa & imposita: omnes res quæ in cor-

pore nascuntur,persanat. Hanc herbam si volueris euellere, mundus, & ante solis ortum tolles. Legis eam mense Iulio.

Britannica herbe

Britannice,id est,uitis alba. Vibons. 30

Alii damasimō,Itali britānicam,alii bibonē,à Grecis dicitur britānice,prophetę eclusos,alii betā vel plātaginem. Ad vitia quæ in ore nascuntur.

Herba britannica sumpta viridis in modum lactucæ, sanat:& per se trita,atque expressa,succus in ore contineatur, & aliquid ex ea deuoretur,id æquè proficit. Ad oscitudinē.

Herbā britannicam si viridē non habueris,etiam aridam cōtusam cum vino,vt mellis crassitudo fiat sumito:eodē modo viridis sumpta,eundem effectum habet.

Ad dentium dolorem,& si laxi fuerint.

Herba britannica mira quadam potentia succurrit.Reponendus autē est hyeme succus,vel puluis eius,nam non semper apparet:succū eius herbę seruabis in vase,vel cornu arietino.Puluerem quoq; eius reponito.Nam ad eosdē vsus cum vino sumptus,æquè efficaciter prodest. Ad aluū cōcitandā.

Herbæ britannicæ succus pro viribus cuiusq; sumptus per se,sine periculo purgat,

Ad paralysim.

Herba britannica viridis cum radicibus contusa, cum vino mero optimo ad cyathos duos,vel tres potui sumpta mirificè proficit.

Ad anguem,quod Græci Synanchen vocant.

Herbæ britannicæ flos antequā tonitru audiat collectus & deuoratus,per totum annum anguem declinabit.

Ad oculorum dolorem.

Herbam britannicam æquo pondere cum vino accipiat, in presenti dolorem tollet.

Lactuca silvatica

Chicorea alba

Lactuca syluatica. Cichoree blanche. 31

Alii hieraniō,à Græcis trida xagria,Aegypt' hymbosus,alii aspidion,alii lactuca syluatica,alii pieris.

Nascitur locis cultis,& sabulosis.

Ad caliginem oculorum.

Dicitur cum aquila in altum vult volare,vt prospiciat rerum naturam,lactucæ syluaticæ folium euellere, & succo sibi oculos delinire,& accipere maximam claritatem. Herbæ igitur lactucæ syluaticæ succum misce cum vino vetere & melle acapno,id est quod sine fumo optimè collectum est,

& tere,

& tere, & in ampullam vitream cōde, si eo vtere, miram medicinam experieris.

Argemonia. De Cempatoire. 32.

¶ Alii sarcocollam, Græci acelan, Itali argemoniam nominãt. Ad oculorum vitia vel dolorem.

¶ Herba argemonia viridis per se trita si arida fuerit, in calida aqua intincta vt facilimè teri possit, illita, suggillationes & liuores oculorum discutit.

Ad vulnera, & vlcera, & canceromata.

¶ Herba argemonia viridis contusa, & apposita, vulnera sanare apta est. Si autē arida fuerit, aqua tepida remissa, idem perficere creditur. Ad ventris dolorem.

¶ Herbæ argemoniæ radicē bibat, mirè, pdest. Ad fluxum.

¶ Herba argemonia contrita, & apposita, mirè doloribus, & tumoribus, & fluxu concitis succurrit.

Ad morsum serpentis.

¶ Herbæ argemonię drachmas duas cum vini cyathis duobus potui dato, discutit venenum mirificè.

Ad percussum ferro vel sude.

¶ Herba argemonia contusa, & imposita mirificè sanat.

Ad verrucas tollendas.

¶ Herba argemonia cum aceto imposita, tollit verrucas.

Ad splenis vitia, vel dolorem.

¶ Herba argemonia in cibo sumpta splenem consumet.

Ad ea quæ immunda sunt.

¶ Herba argemonia cōtrita & imposita, aperit, & persanat.

Asphodelus, id est, lapatium. Haste royale. 33.

Alii astulam regiam.

Ad dolorem tibiarum, vel pedum.

¶ Herbæ asphodeli succo cum oleo amigdalino vnge quod dolet, mirificè sanabitur: etiã si tumores fuerint, illam tusam & subactam imponis. Ad hepatis dolorem.

¶ Herbæ asphodeli radicem discoque, & ex aqua mulsa dato potum, hepatis dolorem mirè tollit.

Oxylapatium. De la patience. 34

Itali lapàtium acutum vocant.

Si qua duritia in corpore fuerit.

¶ Herba oxylapatium cum axungia veteri suilla pisata, & ex pane domestico facta vt malagma, & imposita, mirificè sanat.

Centaurium.

Centaurium. Centaure. 35.

¶ Centaurium maius, alij narcen, alij chironian, alij Maroniam, Itali fel terræ, Prophetę Hæma her culis vocant. Ad hepatis dolorem.

¶ Herba centaurium maius ex vino decoctũ, & potui datũ, splenem persanat. Ad vlcera, vulnera, & canceromata.

¶ Herba centaurium maius cõtritum & impositum, tumorem fieri non patitur. Ad suggillationes & liuores.

¶ Herbæ centaurij maioris succus perunctus ex aqua summè facit. Ad vulnera recentia.

¶ Herba centaurium efficax est ad plagas glutinandas, vt etiam carnes coërceat quæ ex aqua eius coquuntur.

Centaurium minus. Centaure. 36.

¶ Cẽtaurium minus. Sũt qui limnesium. alij helleboriten. alij amaranthum, Magi Sanguinem herculis, Daci Tulbala. Romani Febrifugiam, aut herbam multiradicem appellant. Chiron centaurus has herbas fertur inuenisse, à quo tenet nomen Centaurium. Nascitur locis solidis & fortibus. Ad viperæ morsum vel dolorem.

¶ Herbam centaurium minus, ex aceto tritum datum potui, mox discutiet venenum. Ad oculorum aciem deponẽdam.

¶ Herbæ centaurij minoris succo oculi inuncti, aciem extenuant, & sanantur, adiecto etiã melle. Eodem modo proficit caligãtibus oculis, ita vt claritas restituatur, centaurij minoris manipulos in vini congio coquito, & triduo macerato, mox eximito, inde quotidie ad heminam mixtum melle adiecto, ieiunus bibat. Ad auriginem.

¶ Herbã centauriũ min⁹ decoque in aqua ad tertias, & ex ea da bibere q̃tum potuerit, sanabitur. Ad lũbricos & tineas.

¶ Herbam centaurium minus dabis vt suprà, eiiciet tineas.

Ad venenum si quis sumpserit.

¶ Herbam centaurium ex aceto tritam dato bibat, mox discutiet venenum. Item centauriæ radicis põdus denarij vni⁹ cum cyathis tribus vini bibetur.

Prosopis, id est personacia. Du gleteron. 37.

¶ Alii bacchion, alii neophelion, Daci reborasta, à Græcis prosopis, alii elephantosis, alii dardana, Itali personaciam, alii elephas, Galli betilolen. Ad vulnera oĩa.

¶ Herbæ personaciæ succi cũ vino potio data, oĩno morsus serpentium vel colubræ mirificè sanat. Ad febres.

¶ Herbæ

Herbæ perſonaciæ foliis cinges febricitantem, ſtatim mirificè effugabitur febris. Ad vulnus ſi canceraυit.

Herbam perſonaciam aqua foueto, deinde ipſam cum nitro, & axungia, & cum aceto tere, in pannum induc, & impone. Ad inteſtinorum dolorem.

Herbæ perſonaciæ ſuccum ad cyathum vnũ, ex melle cyathos duos ieiunus bibat. Ad canis rabioſi morſum.

Herbæ perſonaciæ radicem cum ſale marino tritam, morſui imponito, mox ſanat.

Ad vulnera vetera quæ ſatis humoris præſtant.

Herbæ perſonaciæ radicem, & ſpinã, quę in locis ſiccis naſcitur, æquali pondere cõteris, & imponis. Ad cõbuſtum.

Herbæ perſonaciæ ſuccum ad cyathum vnũ, cũ mellis cyathis duobus bibat. Ad eos qui ſanguinem reiiciunt.

Herbæ perſonaciæ drachmam vnam, id eſt, ſcrupulos tres cum pineæ nucleis, & myrrhæ capito, fac paſtillos, cum vino potui dato, ſanguinem reiicientem ſanat.

Fraga. Freſes. 38. fraga

Naſcitur in locis opacis, & mundis, & collibus,

Ad penis dolorem & colicos.

Herba fraga cum pipere albo, & melle mixta, & potui data, mirifica eſt. Ad ſuſpirioſos & colicos.

Herbæ fragæ ſuccum cũ pipere albo, & melle miſce, da potui, mirificus eſt.

Althæa: Guimauues. 39 Althea

Alij ibiſcum, Romani pariter Græcis althean dicũt. Guimauluc

Naſcitur in locis humidis, & campis.

Ad podagram.

Herbam Ibiſcum piſatam cum axungia veteri imponito, tertia die ſanabitur, eius herbæ experimentum authores plures affirmant.

Ad collectiones quæ in corpore naſcuntur.

Herbam ibiſcum decoque cum fœnogręco & lini ſemine, cum polline impone, duritias omnes diſcutiet.

Ad inteſtinorum dolorem.

Herbam ibiſcum item vt ſuprà decoque, poſtea ex ea calida inteſtinum foue, tertio die ſanat: experti ſumus.

Ad omnes entotheſmas.

Herba ibiſcum decocta cum malua erratica & fœnogræco medetur.

hippuris
rana equa

Hippuris, id est, equisetum. Coue de cheual. 40.

¶A Græcis hippuris, Itali equinalem.

Ad dysentericos.

¶Herbæ hippuris succum ex vino dulci ad cyathos duos potui dato, dysenteriam sanare creditur.

Ad eos qui sanguinem per os reiiciunt.

¶Herbæ hippuris succum ex vino austerissimo bibant, mox restringet.

herba erratica
maulue

Herba erratica. Mauue errant. 41.

¶Alij maluam rusticam, alii eleomolara, Itali opiriacam, alii eupon, alii molocmaptio, alii ibiscum, à Græcis molocynagia, alii collyrin, alii melionstrophon, alii maluam erraticam. Nascitur vbique locis cultis. Ad vesicæ dolorem.

¶Maluam erraticam cũ totis radicibus suis ad libram vnam pisatam in congio aquæ decoque ad dimidium, per triduum ieiuno da bibere, sanabis eum.

Ad neruorum dolorem.

¶Malua erratica cũ axungia vetere pisata, & imposita, neruorum dolorem mirificè sanat, facit & ad oẽs entothesmas decocta adhibito fœnograeco. Ad lateris dolorem.

¶Maluam erraticam decoque oleo, & postmodum distringe folia, in mortario tere, in pannum induc, impone, triduo non solues, emendat dolorem.

Ad vulnera recentia.

¶Maluæ erraticę radicem in cinere coctam tere, & impone.

Ad panniculam quæ in inguine nascitur.

¶Herbæ maluæ erraticæ radicem in cinere coctam tere, & impone.

Buglossa

Buglossum. Buglosse. 42.

¶Magi felis genituram, Zanuchi osthanes, Aegyptij autueorinbesor, Aphri asanaphi, Romani bouis linguam, bubulam linguam, aut libanion appellant. Nascitur locis cultis, & sabulosis, ranis & serpentibus contraria. Ad tertianas siue quartanas.

¶Herba bouis lingua, quæ tres thyrsos similes mittit ei⁹ radicem totam ex aqua decoques, & potum dabis, remediabis: quæ autem quatuor thyrsos habet, facit ad quartanas, dabis vt suprà. Alia item est herba similis quæ folia lapatii fert minuta. Eius radix pota ex aqua, ranis, & serpentibus est aduersa.

Ad suppu-

Ad ſuppurationes in corpore.

¶ Herba bouis lingua ex melle, & pane ſpiſſata vice malagmatis, mirificè rumpit. Hanc leges menſe Iulio.

Bulbus ſcyllaticus. Vng porrion. 43

¶ Alii pãcratiõ, alii bulbo ſcyllites, alii biazon, alii ſcylla, alii tiphonõ, Itali ſcylla rubea maſculina. Ad hydropiſin.

¶ Herba bulbi ſcyllatici torretur, deinde circumpurgatur, & medium eius in aqua coquitur: cum madidum fuerit, eximitur, & ex eo tres oboli dantur ex melle & aceto, & euacuatur per vrinam. Ad paronychia.

¶ Herbæ ſcyllę radix piſata cũ aceto & pane impeſita paronychia mirificè ſanat. Ad hydropicos vt ſitis extinguatur.

¶ Herbæ ſcyllæ folium ſubiectum ſub lingua ſitim compeſcit. Legis eam omni tempore. Ad perniones.

¶ Herbæ ſcyllæ quod eſt in medio eius cum oleo deferuefacto, atque ea quæ dolorem exhibent vngendo ſanabuntur.

Cotyledon. Duſtecade citrin. 44

¶ Alii cepora aphroditis, alii ſtichas, alii vmbilicũ veneris, alii pales, alii ſtergeton. Naſcitur in tectis, aut in monumentis. Ad ſtrumas diſcutiendas.

¶ Herba cotyledon piſata cum axungia ouilla fœminibus ſine ſale æquis ponderibus calida imponatur, ſtrumas diſcutit. Legis eam hyemis tempore. *Gallicrus*, Sceleree. 45

¶ Naſcitur in locis ſolidis circa vias. Ad morſum canis.

¶ Herbam gallicrus cum axungia & pane domeſtico etiam imponis, mox ſanabitur. Eadem etiam duritias diſcutit, & iuncta cum ſale, & trita, canis morſum ſanat.

Praſſion. Du marrubium. 46

¶ Aegyptii ſteriõ, alii coneſurum, alii vlcerariam, alii empatyrion, prophetæ ematauru, alii marrubium, alii camelopodium, alii philopin, alii aphedion, alii meſſadam, alii noſtrofundum dicunt. Ad tuſſim grauem.

¶ Herbam marrubium coques cum aqua, & dabis bibere iis qui grauiter tuſſiunt, ſanabuntur mirificè.

Ad ſtomachi dolorem.

¶ Herbæ marrubii ſuccus potatus ſtomachi dolorẽ tollit: & ſi febricitat, ex aqua potatus ſatis eleuat. Ad lubricos.

¶ Herba marrubii, abſinthii, & lupinorum paribus ponderibus in aqua mulſa coctæ, & cum vino bis, aut ter in vmbilico poſitæ, necant lumbricos.

Ad condylomata.

¶ Herbam marrubium combure, eius cinerem infrica, sanabitur. Ad venenum si quis biberit.

¶ Herbę marrubii succum dabis ex vino veteri, discutiet venenum. Ad scabiem vel impetiginem.

¶ Herbam marrubiũ discoque, & ex aqua corpus lauato, scabiem discutit, & impetiginẽ. Ad pulmonũ extensionẽ.

¶ Herbam matrubium ex melle coctam sumat, mirè curat.

Ad omnem duritiem.

¶ Marrubium tusum cum axungia & impositum, mirè sanat.

Si quis lassus ab opere, aut aliter, inciderit in langorem, & neruorum dolorem, & spasmum.

¶ Herbę marrubii succus cum oleo rosaceo permixtus, & perunctus, sine mora sanabit. Ad omnia vulnera.

¶ Marrubium in aliquo folio inuoluis, vt coquatur in cinere, & teris cum axungia, & imponis: omnia vulnera curat.

Xiphion, id est, phasganion. Plante cotoniere. 47

¶ Alii eam dicunt phasganon. Ad fistulas quæ in corpore nascuntur.

¶ Herbæ Xiphionis radicis vncias.II. amuli vncias sex, aceti cyphos duos, adipis vulpinæ vncias tres ex vino pisabis in panno lineo, & impones, miraberis. Ad capitis fracturam.

¶ Herbæ Xiphionis superiorem pattem conteris, & tritam siccam æquis ponderibus mixtam vino sumit, capitis ossa fracta extrahit: aut si quid in corpore suppuratum fuerit, vel si pedibus calcata sint ossa serpentis, contra venenum similiter efficax est. *Gallitricum.* Oruale 48

Ad strumas virginum.

¶ Herba gallitricum pisata per se, imposita virginum strumis, sanat. Ad capillos.

¶ Herba gallitricum in oleo trita, & in caput perũcta, capillos inficit. *Moly.* Du sebesten. 49

¶ Clarissima herbarum Homero teste, qui inuẽtionem eius Mercurio assignat, cuius succus veneficia demonstrat, radice rotũda, nigraq;, magnitudine cæpæ. Ad dolorem matricis.

Herba moly contusa, & imposita, dolorem matricis sedat.

Heliotropium. Sesame sauuage. 50

Alij scorpiuron, alij heliotropon, alii dialion, alii heliopon, alii scorpioctonon, alii sesamon agrion, alii scorpii vram vocant,

Nascitur.

¶Nascitur vbique in locis cultis, & mundis, & pratis. Eius herbæ diuinę ad solis cursum flores se vertunt, & cũ sol occidit, flores se claudunt: rursum cum oritur, flores se aperiunt: facit ad remedia multa. Ad omne venenum.

¶Herbæ heliotropii puluis mollissimus, aut succus eius cum vino veteri optimo potui datus, mirè venena discutit.

Ad luxum.

¶Herbæ heliotropii folia cõtusa & imposita, efficaciter sanare dicunt. *Crias.* De lucanie. 51

¶Nascitur in Lucania: marmoris albi colorẽ habet, quatuor rubicundis ornata cauliculis. Ad sciaticos sanandos.

¶Herbæ crię radix pisata & imposita, sciaticos tertio die sanat, quasi malagmatis genus impone.

Ad omnes dolores in corpore.

¶Herbæ criæ radix contusa & imposita vbi dolet, omnes dolores sanat. *Polytrichon.* Du politri. 52

¶Alii literes, alii supercilium terræ, à Græcis adyaton, Aegyptus celini, alii tricymam, Romani cincimalin, alii euentricon, alii terræ capillos. Nascitur in parietinis & humidis locis. Ad coli dolorem.

¶Herbæ polytrichon quæ habet ramulos quasi seta porcina, eius folia cum piperis granis nouem, & seminis coriandri granis nouem contrita simul cum vino optimo dabis bibere introeũti in balneum: facit etiam ad capillos mulierum nutriendos & virorũ. *Hastula regia.* Mauue sauuage. 53

¶A Græcis dicitur molocinagria, id est, malua syluatica. Ad dysentericos.

¶Herbæ hastulæ regiæ radix, cum vino trita potui datur, dysenterici statim sentiunt beneficiũ. Ad ventris fluxũ.

¶Herbæ hastulæ regiæ semen mixtum cum aceto acerrimo potui datũ, ventrẽ restringit. *Papauer.* Du pauot. 54

¶Alii oxytonon, alii rhoeam, Aegyptii nanti, alii papauer syluaticum, Itali papaueralem vel papauer albũ.

Ad epiphoras oculorum.

¶Herbæ papaueris succum vel cauliculum cum fructu suo oculis imponis. Ad hemicraniũ, vel capitis dolorem.

¶Herbam papauer syluaticum teres cum aceto, & impones super frontẽ, sedabit dolorẽ. Ad somnũ, si qui nõ dormiũt.

¶Herbæ papaueris succo si quem perungas, somnum cum sopore obiicit. *Oenanthes.* Durete rasine. 55

 ad

Ad ſtranguriam.

¶Herbę œnanthis radicem in puluerem redactam, ad ſtranguriam in vini cyathis duobus dabis. Herbæ œnanthis radicē dabis vt ſuprà, tuſſim ſedat. *Narciſſus.* Mort au chien. 56

¶Narciſſum alii narciſſonaydrō, alii autogenes, alii bulbon emeticon, alii lyrion, Romani bulbum morbitarium. Sunt qui vt lilium, lirinm appellarint.

Ad vulnera quæ ab ſe naſcuntur.

¶Herbæ narciſſi radice contuſa cum oleo & farina, fac cataplaſma & impone vulneri, ſanabit mirificè.

Splenion, id eſt, ſcolopendria. Cheure fueille. 57

¶Alii hermion, alii phrygiam, alii imagales, à Græcis ſplenion, alii lonchites, alii phrygites, alii cotodotres, alii thonerion. Ad ſplenis dolorem.

¶Herbæ ſplenion radix in puluerem molliſſimum redacta, in vino leuiori potui detur, ſummam rem experieris. Conſtat ſic inuentam: cum exta ſuper eam proiecta eſſent, adhæſiſſe lieni, eūq; exinaniſſe: propter hoc à quibuſdam ſplenion vocatur. Narrant etiam ſues qui radices eius edunt ſine ſplene inueniri. Quidam eam dicunt ramis hyſſopi ſurculoſam, folia fabæ eius nomen appellant. Legunt eam maximè cum flore: ex Ciliciç, & Piſidię mōtibus laudāt. Naſcitur locis aquoſis & humectis. *Polion.* Du polion nare 58

¶Naſcitur locis aſperis. Ad lunaticos.

¶Herbæ polii ſuccum commiſces cum aceto, & perūgis eos qui patiuntur antequam accedant lectum. Item pilulas eius & radicem in linteolo mundo circa collū eius qui patitur ligabis: experimentum factum eſt. Victoriola. 59

¶Alii daphnes, id eſt, alexandrium, alii eupeialos, Itali periga, Græci daphnitis, alii daphnes ſamothracines, alii niceſphilos, alii victoriæ philon, alii pelleomdea, alii ſtephanos alexandrinus, alii daphnogloſſon, alii laurus alexandrina.

Ad phlegmata mundanda.

¶Herbę victoriolę foliorum ſuccus, cyathis duobus vel tribus datus cū melle bibere ieiuno, mox phlegmata intercidit.

Confirma maior. De la conciſe. 60

¶Alii confiſinam, alii confirmam, alii anagallicum dicunt. Naſcitur in paluſtribus, vel hortis.

Ad profluuium mulieris.

Herbæ

¶Herbæ confirmæ puluerẽ mollissimè tritũ potui dabis in vino, mox restringit. Ad cõuulsos vel qui intus rupti sunt.

¶Herbę cõfirmæ radicem in cinere tepido coquito, ex melle ieiuno dabis vt edat, sanabitur, & thoracem in totum purgabit. Ad stomachi languorem.

¶Herbæ confirmæ radix cum oxygaro sedat dolorẽ, & magnum beneficiũ sentit. *Asterion.* Du petit muguet. 61

¶Nascitur inter petras & loca aspera. Hæc herba nocte tanquam stella in cœlo lucet, vt qui videt ignorans dicat phantasma se videre, & metu plenus irridetur maximè à pastoribus. Ad caducos.

¶Herbæ asterii baccas eis dabis manducandas Luna decrescente, cũ erit in signo Virginis, & ipsam herbam habeant in collo suspẽsam, remediabũtur.

Leporis pes. Pied de lieure. 62. Ad ventrem soluendum.

¶Herbam leporis pedem siccatam & in puluerem redactam dabis potionem in vino, si sine febre est: si autem febricitat, cum aqua calida, mox soluet ventrem.

Dictamnum. Du muguet. 63

Aliis syluestre pulegium, aliis embracton, aliis belouacos, liis artemedeion, aliis cretica, aliis ephemeron, nonnullis eldia, aliis beloticos, aut dorcidion, aut helbunion, Romanis vstilago rustica. Nascitur in insula Creta in mõte Ida. Si qua mulier fœtum mortuum in vtero habuerit.

¶Herbæ dictamni succum, si sine febre fuerit, cum vino dabis: si autem febricitabit, cũ aqua calida, mox eiiciet fœtũ sine periculo. Ad plagas siue à ferro, siue à fude inflictas.

¶Herbæ dictamni succum in plagam infundet aliquis, & bibet, mox sanus erit. Ad serpentium morsum.

¶Succum eius cum vino bibat, & mox discutiet venenum.

Si quis venenum biberit.

¶Herbæ dictamni succus cum vino potui datur. Nam tanta vis est dictanni vt non solum interficiat serpentes vbicũq; fuerint præsentia sua, sed si odor eius vento deferente peruenerit, mox occidat. Fertur & hoc exemplum: Si caprea in venatione telo percussa fuerit, & cum sagitta peruenerit ad herbam dictãni, pascitur, & telum à se eiicitur, & plaga sanatur. Ad vulnera recentia.

¶Herbã dictãni, & atgemoniã, & ambrosiã cõtritas cũ butyro imponito plage, miraberis in omnibus dictãni effectũ.

Solago

Solago maior. Cichoree fauuage. 64

A Græcis dicitur helionſcorpion.

Ad ſerpentium morſus & ſcorpionis ictum.

¶Herba ſolago maior ſiccata,& in puluerem molliſſimum redacta,in vino potui datur, & ipſa contuſa plagæ imponitur. *Solago minor.* Cichoree. 65

¶Alii heliotropion dicunt. Ad lũbricos necãdos.

¶Herba ſolago minor ſiccata & in puluerem redacta,& in aqua calida potui data,lumbricos occidit.

Pæonia. Piuoine. 66

¶A Grecis pentorobon,alii cydiodenã,alii agaofoten,Itali pæoniam dicunt.Inuẽta à Pæonio nomen autoris retinet. Naſcitur in Creta,quã Homerus ſacer author libris ſuis inſeruit.Hęc in extrema regula bacculas bebet maligranatima gnitudine,quę nocte ſic lucẽttanquã lucerna,quod granũeſt cocci ſimile.Plurimũ noctu à paſtoribus inuenitur.

Ad lunaticos.

¶Herba pæonia ſi lunatico iacenti impoſita fuerit,ſtatim ſe leuat vt ſanus:& ſi eam ſecũ habuerit,nunquam ei accidet.

Ad ſciaticos.

¶Herbæ pæoniæ radicis partem alligabis lino, & ei qui patitur circuncinges, res eſt ſaluberrima.

Periſtereon. Vernaine. 67

¶Alii verbenacam rectam Græci periſtereona vocant, alii trygonion,alii bunion,alii hierobotanen,alii philtrodoten, Aegyptii pemſempe,Magi Iunonis lachrymam,alii muſtellæ ſanguinem,alii ſanguinem Mercurii,Romani criſtã gallinaceam,alii pheriam, ilii trixalidem, alii exuperam, alii herbam ſanguinalem. Ne quis à canibus latretur.

¶Herbam periſtereona ſi quis ſecum habuerit,negant à canibus latrari. Ad omnia venena.

¶Herbæ periſtereonis puluerẽ ſi quis potui dederit, omnia venena diſcutit. *Brionia.* Du feuardent. 68

¶Alii vitem albam,alii ophioſtaphylon, alii chelidonion,alii melothron, alii pſilothron, alii archezoſtin, alii agroſtin,alii cedroſtin appellant. Ad ſplenem.

¶Herba brionia in cibo datur & per vrinam ſplenis digeritur. Hæc herba tam laudabilis eſt, vt lientericis in potionibus mittatur. *Nymphæa.* Iaulnet deau. 69

¶A Græcis prothea,aliis accabus,aliis lotometra, aliis androcanos

drocanos, aliis hydrogogos, aliis arneon, Italis nymphæa dicitur. Ad dyſentericos.

¶ Herbæ nymphææ ſemen cum vino tritum potui datur, radicem eius dabis manducare dyſenterico diebus decem. Item radicis eius ſuccum in vino auſtero dato, vẽtris curſum ſtringit.

Criſſion. Langue de beuf. 70

Ad faucium dolorem.

¶ Herbæ criſſion radicem ſi quis in collo portauerit ſuſpẽſam, fauces ei nunquam dolebunt.

Iſatis. Du gualde. 71

¶ Aliis iſatis ſatiua, aliis augion, Magis aruſion, Italis gluta aut glaſtum dicitur. Ad morſum ſerpentis.

¶ Herbæ iſatis folia contrita cum aqua & in plagam impoſita adiuuant: & dolorem tollunt.

Scordion, id eſt ſorbus. Chamaran. 72

Ad morſum ſerpentis.

¶ Herba ſcordion coquitur, & datur ius eius potui cũm vino: ipſa autem contuſa in plagam imponitur.

Ad neruorum dolorem

¶ Herba ſcordion trita, cum oleo laurino ſubacta, tollit dolorem. Ad quotidianas vel tertianas.

¶ Herba ſcordion alligata circa corpus hominis quotidianas & tertianas tollit.

Verbaſcus. Bouillon 73

¶ Sunt qui lichniten, qui phlomõ, Daci dieſathe, prophetæ hermiradon, Itali verbaſcum, ægyptii nihat dicunt. Naſcitur in locis ſabuloſis, & aggeribus. Hãc herbam dicitur Mercurius Vlyſſi dediſſe, cũ deueniſſet ad Circen, & nulla malefacta eius timuiſſe.

Aduerſus malos occurſus.

¶ Herbæ verbaſci virgulam qui ſecum portauerit nullo metu terrebitur, neque beluæ neque malorum mẽtione moleſtabitur. Ad podagram.

¶ Herba verbaſcus cõtuſa atq; impoſita intra paucas horas dolorem efficaciter ſedabit, vt etiam ambulet ſtatim. Hanc compoſitionem præcipuè authores proficere affirmant.

Heraclea, id eſt, ferraria nigra. Du gremil. 74

¶ Alii herculanam, alii exuperam patricalẽ, Græci heracleã, ægyptii ſendionor, Itali ſolaſtrum vocitant.

Vt in via tutus ambules.

¶ Herbã heracleam ſi tecum in via portaueris latrones non

E timebis,

timebis quinetiam fugat eos. Ad caliginem oculorũ.
Grana herbæ ſupradictæ purgato, & in oculũ mittito, tollet eam cum albugine. *Chelidonia.* De leſclere. 75
Aliis hyrudinaria, ægyptiis mopop, Dacis eurupillene, Græcis pæonia, Gallis chelidonia dicitur.
Ad caliginem oculorum & qui vlcera in oculis & ſcabritudinem habent, & ad albuginem oculorum.
Herbæ chelidoniæ ſuccum de radice eius cõteris cũ vino vetere, & melle attico, piper album in ſe bene contritum miſces, & vngis deintus. Hoc experti ſumus de ſucco eius. Item eius lacte oculos ſibi vngent. Ad caliginem oculorum.
Herbæ chelidoniæ ſuccus vel flos expreſſus, & mixtus cũ melle attico in vaſe æreo, leuiter cineri cõmixtus decoctúſq; ſingulare remediũ contra caliginẽ eſt quidam ſucco tantum vtuntur, Ad parotidas.
Herba chelidonia trita,, & ex aqua potui data mirè prodeſt. Ad combuſtum.
Herbam chelidoniam cum ſucco caprino conteris & impọnis. Ad capitis dolorem.
Herbam chelidoniam ex aceto tritam illinito fronti & capiti. Ad dentium dolorem.
Herbæ chelidoniæ radicem ex vino, & cupreſſi folia trita & thedam maſculã aceto decoque, & tepefactũ gargarizet.
Solatrum. Morelle. 76
Alii accabon, Galli ſcobilon, Græci ſtrignon, ægyptij alſelo, Itali coculum dicunt. Ad ignẽ ſactũ.
Hetbæ ſolatri ſuccus illinitus cum aceto ſummè prodeſt.
Ad tumorem corporis.
Herbam ſolatrũ tuſam cũ oleo ſubactam imponere prodeſt. Si qua mulier in inferiore parte laboret.
Herbæ ſolatri ſucco ſe ſoluct. Ad auricularũ dolorẽ.
Herbæ ſolatri ſuccum oleo cyprino miſce, & tepefactum ſtilla in auriculam. Ad dentium dolorem.
Herbæ ſolatri baccas commanducet.
Ad ſanguinem ſi de naribus fluat.
Hetbæ ſolatri ſucco madido linteolo nares obturet, mox reſtringet. *Senecion.* Du ſeneſſon. 77
Alliis erigeron, Tuſcis diua, Græcis gerontea dicitur.
Ad vulnera quamuis vetuſtiſſima.
Hetba ſenecion tuſa & ſubacta cum axungia verere, plagæ im-

gæ impoſita ſanat vulnera. Si quis ferro percuſſus fuerit.

¶ Herba ſenecion ſi manè ad horam ſextam collecta & tuſa cum axungia vetere,& in plagam impoſita fuerit,plagam aperit & expurgat.Itẽ ſi eam ſimili modo poſt meridiem colligas,& cum axungia piſes & miſceas,impoſita plagæ,claudit & perſanat. Ad pedum tumorem vel neruorum dolorem

¶ Herba ſenecion tuſa cum axungia & impoſita,pedum dolorem ſedat vel neruorũ potentiſſimè. Ad ſtomachi dolorẽ.

¶ Herbæ ſenecionis cauliculi cum cariota bene ſubacti, vt ſit malagmatis genus,& impoſiti in ſtomacho ſummè dolorem ſedant. Ad lumborum & coxarum dolorem.

¶ Herba ſenecion trita cum ſale vt ſit genus malagmatis,oppoſita pedibus prodeſſe dicitur. *Filix*. Feuchiere 78

¶ Alij perin,Itali filicam,alii blechnon. Ad ramicẽ pueri.

¶ Herbam filicem quã in radice eſculi arboris inuenies,tunde cum axungia & panno inductã ſurſum verſus ligabis, ſanabit quinto die. Ad vulnera.

¶ Herbæ filicis radicem contritam vulneri appoſitam habe. Ad dolorem femorum vel ſurarum,

¶ Herba filice fumigabis loca.Item infantem languidum ſi ex ea fumigaueris,facilè conualeſcit.

Gramen. Dent de chien. 79

¶ Alii agroſtin,alii egirõ,alii amaxitin,Aegyptii anuphi, alii aſyphylion,alii ſanguinalẽ,alii vniolã. Hiſpani apariam,Daci cotiatam,Aphri iabel.Itali gramen vocant.

Ad epiphoras oculorum.

¶ Herbã gramen quæ in ſe ſummũ trifurcum habet(nam in plura diuiditur)decreſcente luna ſublatum teres,& in potione dabis cũ vino bibere:deinde vnum ex ijs lippire incipiẽti ad collũ ligato,& celeriter epiphoras diſcutere creditur.

Ad ſplenis dolorem.

¶ Herbã graminis decoques & eius florẽ in pãno lineo impones in ſplenem,ſentiet beneficium.

Gladiola. Glaieul de Riuiere. 80

¶ Alii xyphion,alii anactorion,alii phaſganon,alii macheronion,alii arion,alii genitalem vocant.

Ad veſicæ dolorem,& eos qui vrinam non faciunt.

¶ Herbam gladiolam effodies & ſiccato cortice radicẽ eius cõterito,& additis vini cyathis duobus, aquæ cyathos tres coniunges,& ſic potabis. Ad ſplenis dolorem.

¶ Herbam gladiolam maturiſſimam lectam, ſiccatam, & piſatam, & in puluerem redactam, & cum vino leniſſimo potui datam, mirificè ſplenam ſiccare credunt.

Ad coli & præcordiorum dolorem.

¶ Herbæ gladiolę baccā tritam & lacte caprino, melius ſi aſinino, tepefactam dato bibere, deſinet dolor.

Roſmarinum. Romarin 81

¶ Alii zeam, aut campſanema dicunt. Naſcitur in locis marinis, & hortis. Anteq̃ thus ſciretur, hac herba homines deos placabant. Ad dolorem dentium.

¶ Herbæ roſmarini radicem commanducato, dentium dolorem ſine mora tollet: ſuccum eius ſi ſuper dentem tenueris, mox ſanat. Ad languentes.

¶ Herba Roſmarino trita cum oleo, languidum perunges, mirè ſanabitur. Ad prurigines.

¶ Herbam Roſmarinum conteres, & ſuccum eius cum vino veteri & aqua calida da per triduum bibat.

Ad hepatis dolorem vel interaneorum.

¶ Herbæ roſmarini faſciculum condis in aquam, adiicies illi amomi puſillum, aut ſpicam nardi, & palmulas duas, rutæ cauliculum in ſe coque & aquam earum dabis bibere, ſanus fiet. Ad tuſſim.

¶ Herbam roſmarinum cum pipere & melle teris, & facis paſtillos & dabis vnum manè, & vnum ſerò cum dormitum vadit, tuſſim ſedat. Ad interaneorum dolorem.

¶ Herbam Roſmarinum viridem, aut aridā dabis vt ſuprà.

Ad oculorum album.

¶ Herbæ roſmarini cinerem commiſces cum melle attico & inungis. Ad vulnera recentia.

¶ Herba roſmarinum contuſa, vel cocta cum axungia & impoſita, optimè facit. Ad frigora & tertianas.

¶ Herbam roſmarinum contuſam in calida aqua ſiue cū vino, potui dabis ſub acceſſionem, liberabis eum.

Paſtinaca ſyluatica. Paſtenade ſauuaige. 82

¶ Alii carotam, Aphri ſicham, Græci ageriontaphilō, alij engon, Itali paſtinacam ſylueſtrem dicunt. Naſcitur in locis ſaxoſis & aggeribus.

Ad mulieres quæ à partu laborant & non purgantur.

¶ Herba paſtinaca ſyluatica cocta, aqua eius ſe foueat, ſanabitur. Ad purgationem mulieris.

¶ Herbam

¶ Herbam pastinacam syluaticã coctã cum eadem aqua qua cocta est commisce, & dato bibere, purgabitur.

Perdicalis. Herbe murale. 83

¶ Alii muralẽ, alii perietariam. Ad podagrã aut gonagrã.

¶ Herba perdicalis coquitur in aqua, & ex ea aqua fouebis pedes, vel genua: deinde ipsam tusam cum axungia impones panno, inductum pedibus vel genibus, sanabis mirè, Nascitur in parietibus, aut maceriis, aut aggeribus.

Mercurialis. De la mercuriale. 84

Græci linozostin, alii chrysitin, alii argyricen, prophetæ hermu botanion, Itali mercurialem nominant.

Ad ventris duritiem.

¶ Herbam mercurialem coques, & tritam ex passo dabis, statim detrahet & stomachum purgabit: etiam semen eius tritum cũ passo dabis, idem detrahet. Ad mẽstrua prouocãda.

¶ Herba mercurialis admota cum irino vel rosaceo oleo, potui data, mox prouocat. Ad oculorum epiphoras.

¶ Herbæ mercurialis succum tepidum in aurẽ stillato, mox liberabit. *Radiolum.* Du polipode. 85

¶ Alii filicinã dicũt, similis est filici quæ ferè in lapidetis nascitur, vel in parietinis, habẽs in foliis singulis binos ordines punctorum aureorũ. Ad capitis dolorẽ.

¶ Herbam radiolum contusam, & antè curiosè depurgatã, cum aceto scyllitico vsq; adeò decoctam donec non pareat, perungito, capitis dolorem sedat. Ad aluum concitãdam.

¶ Herbæ radioli radicem euulsam, & cultro corticem depurgatam cum malua tere, & ita ius earum bibito, sine labore vel aliquo tedio ventrẽ deducit, & omnes æstus depellit.

Asparagus agrestis. Des asperges 86

¶ Alii petreon, alii myacantham vocant.

Ad vesicæ dolorẽ vel tumorem.

¶ Herbæ asparagi agrestis radicem quoque in aquæ sextario in pultario nouo ad quartas, & ieiunus diebus septem sumat potui, plurimis diebus balneo vtatur in frigidam nõ descendat neq; frigidam bibat, miram rem experietur.

Ad dentium dolorem.

¶ Herbæ asparagi succum in ore contineri oportet.

Ad elephantiosos.

¶ Herbæ asparagi radix trita, cocta imponitur.

Ad renum dolorem.

¶Herbæ aſparagi agreſtis radix trita,cũ vino potata proficiet.Si quis maleuolus deuotarit hominem , herbæ aſparagi agreſtis ſicca radice cũ aqua fontana luſtrabis eum,&ſolutus erit. *Sabina.* Sauinier 87

¶Alii bratyn,alii emetiſton,alii cynophodiõ , prophetæ riophormon,alii acatachiron,Itali Sabinam appellant.

Ad morbum regium,hoc eſt,auriginem.

¶Herba ſabina cum melle & vino potata,auriginem diſcutit:cum vino trita idẽ facit. Ad capitis dolorem.

¶Herba ſabina diligenter trita,cum aceto & oleo roſaceo mixta,capiti & tẽporib⁹ illinita,valde ꝓdeſt. Ad carbũculũ.

¶Herba ſabina cum melle illinitur. Ad ignem ſacrum.

¶Herba ſabina cũ melle illinitʳ. *Canis caput.* Teſte de chiẽ. 88

¶Græci anterniõ,alii cynocephalon,prophetæ inſerios taphe,Itali canis cerebrũ,alii digitũ Veneris nuncupant.

Ad epiphoras oculorum.

¶Herbę canis cerebri radicẽ cũ aqua decoque,& de ea aqua oculos foueto,celeriter lenit. *Eruſcus,id eſt,rubus.* Ronce. 89

¶Græcis batos idæus,aliis cynobatos,aliis aſyntrophæ, Italis ſentes,prophetis hæmaticanos,aliis mora ſyluatica dicitur. Ad aurium dolorem.

¶Herbæ eruſci teneri ſuccus expreſſus,tepefactus & inſtillatus,aurium dolorẽ liberat & perſanare certum eſt.

Ad hæmorrhoidas reſtringendas.

¶Herbæ eruſci teneri cymæ nouem,& myrti ſyluaticæ cymæ item nouem,maligranati ſicci cortices tres coquuntur in ſe,& in calida eorum ſedes in cathedra,& cum refrigerauerit, fomentabis tibi anum:hoc triduum facies, mirificè reſtringet & ſanabit. Ad profluuium mulieris.

¶Herbæ eruſci cymas teneras ter ſeptenas coque ĩ aqua vſq; ad tertias,& per triduum ieiuno dabis,ita vt quotidie renoues potionem. Ad cardiacos.

¶Herbæ eruſci folia trita imponuntur mammillæ [illegible], dolorẽ ſiſtit. Aduerſus gingiuarum & labiorum vitia.

¶Herbæ eruſci cauliculis teneris in vino decoctis , ipſum vinum in ore continetur Ad vulnera recentia.

¶Herba eruſci,aut flos eius imponitur,ſine periculo ſana t.

Ad condylomata.

¶Herba eruſcus in vino decoquitur ad tertias , eoq; vino fouentur condylomata,& omnia vitia ſedat.

Contra

Contra serpentum & hominum morsus.

Herbæ erusci folia recentia trita imponuntur.

Ad dentes confirmandos.

Erusci cymas in vino austero ad tertias decoquis, & ex eo in ore tenes, & ipsa folia masticas, confirmat.

Millefolium. Millefueille. 90.

Alij Myriophyllon, alii melophyllon, alii stratioticen, alii achillion, Itali millefolium vocant. Hãc herbam Achilles inuenit, vnde vulnera ferro percussorum sanauit, quæ ob id achillea vocatur: hac sanasse Telephonem dicunt. Ad dentium dolorem.

Herbæ millefolii radicem ieiunus commanducet.

Ad vulnera ferro facta.

Herba millefolium cũ axungia pisata & imposita, vulnera sanat & purgat. Ad tumores.

Herbæ millefolij succus cum aceto bibitus, sanat.

Ruta hortensis. Rue. 91.

Alij besasa, Aegyptii epnubu, Syri armala, Aphri churma dicunt. Ad sanguinem fluentem de naribus.

Herba ruta hortensis frequentius odorata, sanguinem de naribus mirè restringit. Ad inflationes.

Herbæ rutæ hortensis crudæ paululum edito, vel in potione sumito. Ad stomachi dolorem.

Herbæ rutæ semen cum sulphure viuo & aceto ieiunus gustato. Ad inguen.

Herba ruta viridis coquitur ex oleo, deinde commiscetur cera, & vt cerato in linteolo vtitur. Ad epiphoras oculorũ.

Herba rura cũ polẽta bene trita & apposita, lenit epiphoras: etiam radix contusa & linita emendat.

Ad caliginem oculorum.

Herbæ rutæ hortensis rorem matutinum collectum in vasculo habeto, & ex eo oculos perũges. Ad carbunculos.

Herba ruta ex aceto tusa ĩponit. Ad morsum canis rabidi.

Herbæ rutæ põdo.xv.ex vino bibũtur, plagę tria imponũtur rutæ folia trita cũ melle sale, & pice. Ad cardiacos.

Herbę rutę fasciculus cũ rosaceo oleo decoquitur adiecta aloës vncia, & olei perunctio dolori resistit.

Ad lethargicum excitandum.

Herba ruta cũ aceto infundit fronti. Ad ignem sacrum.

Herba ruta ex aceto & oleo illinita sanat. Ad aciẽ oculorũ.

Herbæ

¶Herbæ rutæ folia ſubinde manducet ieiunus:cum vino cõ trita,& potui ieiuno data,antidotum eſt.

Ad profluuium mulieris.

¶Herbam rutæ circũſcribe auro,& ebore & argento,ſublatam eam alligas infra talum. Ad fluens ſemen.

¶Herba ruta manducatur à balneo cum liquamine.

Ad capitis dolorem.

¶Herba ruta ex vino potui datur, & inſtillatur capiti cum aceto roſaceo. *Mentaſtrum.* Du baulme ſauuage. 92.

Alii ſylueſtrem mentam vocant.

Ad aurium vitia vel dolores.

¶Herbæ mentaſtri ſuccus cum vino auſtero mixtus,& in auriculam coniectus,vermes natos necare creditur.

Ad elephantioſos.

¶Herbæ mentaſtri folia cõmãducata ſanare certum eſt.

Vt ſcias in cuius ſtellæ tutela natus ſis.

¶Herbam mentaſtrum tolles mundus,& in linteolo mundo habeto, & quãdo in pane cocto granum frumenti integrum inueneris,ſimul cum herba ponito,& preceris ſeptem ſtellas hoc eſt Solem,Lunã,Martem,Mercurium,Iouem,Venerem, Saturnum,& ſub puluino pone,atq; roga vt tibi per quietem oſtendant,in cuius ſtellæ tutela ſis.

Ebulum. Hieble. 93.

¶Aliis chamæacte,aliis helioſacte,aliis agria acte, aliis euboica, Gallis ducone, Romanis ebulum, Dacis oliua. Ad calculoſos.

¶Herbam ebulum tenerum cum foliis tritum ex vino potui dabis,calculum expelles. Ad ſplenem.

¶Radicem ebuli coctam ad tertias cum aqua bibat.

Ad colubri morſum.

¶Herbã ebulũ anteq̃ ſuccidas teneas eã, & ter nouies dicas: omni malæ beſtiæ canto, atq; eã ferro,q̃acutiſſimo elimo ſecus terram trifariã præcidito, & id faciens de eo cogites cui medeberis:reuerſus ita ne reſpicias,& ipſam herbam contritam imponito,cõtinuò ſanabitur. Ad hydropicos.

¶Herbę ebuli radicis ſuccus expreſſus ad cyathos.iiij.ex vini ſextario & ſemis potui ſemel in die datus,hydropicis valid iſſimè prodeſt : per anum enim humor omnis detrahitur.

Ad ſplenis dolorem.

¶Herbæ ebuli radicem ſiccatam, & in puluerem molliſſimum

mum redactam, ex vini cyathis tribus pulueris cochlearia in limine ſtans bibat,& ebulum ſemper ſecū habeat:ſed ebulum ſine ferro lectum. *Pulegium.* Pouliot. 94.

¶Alii arſencanthon,Galli aluolum,Aphri apoleium, alii galiſopſim,Itali pulegium, Greci glichona vocāt.

¶Pulegium quā vim medicamētis ſecum habeat multi ignorant. Duo enim genera ſunt, maſculus & fœmina:maſculus album florem habet,fœmina rubeum ſiue purpureum,vtriq; vtiles ſunt & mirabiles.

Ad caput ne ab æſtu concaleſcat.

¶Herbam pulegium tecū,aut ſup aurem,aut ſub anulo portato : hoc & hyeme tota tacito, nec grauedinem ſenties,nec perfrictionem. Ad dolorem inteſtinorum infantium.

¶Herbam pulegium tritum ex aqua ſup vmbilicum impo-nito,continuò ſanus fiet. Ad ſtomachi nauſeam.

¶Herbam pulegium tritū,vel in aqua maceratum cū aceto potui dabis,nauſeā ſtomachi ſedat. Ad veretri pruriginem.

¶Herba pulegium in aqua feruēte maceratum tam diu donec bibi poſſit aqua,optimum eſt,& pruriginem ſedat.

Ad ventris dolorem.

¶Herba pulegiū cōmāducatum,& in vmbilicū poſitū,& religatū ne excidat,cōtinuò dolorē diſcutit. Ad tertianas.

¶Herbæ pulegij ramulos lana inuolutos odoretur ante acceſſionem : qꝫ ſi coronā in capite habuerit, capitis dolorem ſedat. Si infans mulieris in vtero mortuus fuerit.

¶Herbæ pulegij caules tres recentes ſuauiter olentes tere, & in vini veteris optimi quartario da bibat.

Ne in naui nauſees.

¶Herbam pulegium & abſinthium ſimul tere, & ex oleo & aceto nares frequēter frica. Si mulier minus purgatur.

¶Herbæ pulegij ſemiunciam in oximellis cyathis.ij.manè ieiunus bibat. Si ſecundæ aptè non ſequuntur.

¶Herbæ pulegij tres diſtringe caudas, & in vino bono da bibat. Ad veſicę dolorem & calculum.

¶Herbam pulegium in vini cyathis duobus bene cōtritum ieiunus bibat,& continuò in ſolium deſcendat,intra paucos dies ſanabit,& calculus pelletur.

Si quis circa cor aut pectus dolet.

¶Herbam pulegium glutiat ieiunus. Si ſpaſmus fuerit.

¶Herbam pulegium in aceto cyathis duob⁹ ieiunus bibat.

F Si mulier

Si mulier obticuerit.

❡Herbam pulegium contritum, & in puluerem redactum, lana inuolutum, subiiciatur ab obstetrice.

Ad stomachi inflationem aut intestinorum.

❡Herbam pulegium ex aqua calida contritum, vel ex vino, aut per se dato, remittet cito. Ad bilem eiiciendam.

❡Herbam pulegium in oxymellis quartario, vel cyathis quatuor ieiuno da bibere, eiiciet bilem & saniem albam, & faciet vt facilè respiret. Ad penis dolorem.

❡Herbam pulegium decoque ex aceto, & idem acetũ calida permixtum potui dabis: ne quid pulegij prægnanti dederis.

Ad sciam vel coxarum dolorem.

❡Herbam pulegium, & piper æquis põderib' tritum in balneo fricabis vbi dolet frequenter, sanus erit.

Nepeta. Herbe a chat. 95.

❡Græci meteorion, alii diaulas, pphetæ emaminonon, Itali nepetam mõtanam dicũt. Ad serpẽtium morsus.

❡Herbæ nepetæ montanæ ex vino tritæ succus expressus, cum vino potui datur, cuius folia contrita plagæ vtiliter imponuntur. *Peucedanus.* Coue de pourceau. 96.

❡Alii agrion, alii agriophyllon, Magi bonum dæmonem, Romani satariam, Prophetæ agathon.

Ad serpentes effugandos.

❡Herba peucedanus arcet serpentes odore suo: cum betonica, aut adipe ceruina, aut medulla aceto mixto, eadem que morsui imposita, medetur. Ad phreneticos.

❡Herba peucedanus cum aceto capiti infusa summè facit.

Inula campana. Campanelle. 97

❡Græci panax chimoria, alii centauria panax.

Ad vesicæ dolorem.

❡Herba inula campana, & apii semen, & asparagi, & fœniculi quoque radices in vnum tritæ, & in tepida potui datæ, efficaciter prosunt. Ad dentium remedia.

❡Herbam inulam campanam ieiunus commanducet, dentes confirmat. Ad lumbricos.

❡Herbæ inulæ folia ex vino trita super ventrem ponuntur.

Cynoglossa. Langue de chien. 98

❡Alij prigia, alii ennomon, alii spemon, alii caballion, alij acolymbos, alii pyrgos, alii leoceion, Ægyptii cenis, Itali lingua canina, alii subliniũ, alii ligua macedonica.

Ad morsum

Ad morſum ſerpentis.

¶ Herba lingua canis trita & ex vino ſumpta, multum prodeſt. Ad quartanas.

¶ Herba cynogloſſa quæ folia quatuor habet, piſata, & potui data ex aqua, liberat. Ad aurium ſurditatem.

¶ Herbæ cynogloſſæ ſuccus ex paſſo, & oleo tepefactus, & in aures ſtillatus, mirè ſanat. *Saxifraga*. Romppierre. 99

¶ Alii ſarxiphagon, alii ſarxiphrangon, alii empetron, Romani ſaxifragam vocant. Naſcitur in montuoſis locis & ſaxoſis. Ad calculoſos.

¶ Herbam ſaxifragam contritam in vino bibendam dabis febricitanti in aqua calida: tam præſens effectus ab expertis traditur, vt eodem die perfractis eiectiſque calculis, ad ſanitatem perducat. *Hedera nigra*. Hiere noire. 100

¶ Aliis cittaron, aliis ciſſaron, aliis chryſocarpos, aliis poëtica frons, aliis corymbethra, aliis ciſſion dicitur.

Ad calculos pellendos.

¶ Herbæ hederæ nigræ baccas. 7. aut. 11. cōtritas & ex aqua potui ſumptas, mirè calculos in veſica congregatos frāgere, & extrahere per vrinam, certum eſt. Ad capitis dolorē.

¶ Herba hedera cum oleo roſaceo, & cum ſucco eius mixto vino tempora & frontem perfricabis, ſedat dolorem.

Ad ſplenis dolorem.

¶ Herbæ hederæ nigræ grana primò tria, ſecundò quinque, tertiò ſeptem, quartò nouem, quintò vndecim, ſextò tredecim, ſeptimò quindecim, octauò ſeptemdecim, nonò nouemdecim, decimò viginti unum in vino bibuntur ternis diebus: ſi cum febre fuerit, in aqua calida maximo auxilio lienoſis erit, & remediatur. Ad ſphalangionum morſus.

¶ Herbæ hederæ radicis ſuccus imponitur.

Ad vlcerum remedia.

¶ Herba hedera ex vino decocta imponitur.

Ad nares malè olentes.

¶ Herbæ hederæ ſuccus bene colatus in nares infunditur.

Ad aurium inutilitatem, & qui minus audiunt.

¶ Herbæ hederæ ſuccus mundiſſimus cum vino in aurē ſtillatus medetur. *Serpullum*. Serpollet. 101

¶ Alii zygos, Aegyptii merui, alii polion, alii cicer erraticum. Ad capitis dolorem.

¶ Herbæ ſerpulli ſucco cum oleo & ſale perfricto, & in pul-

uerem mollissimum redacto, his omnibus commixtis caput perunctum sanatur. Itē serpyllum decoctum in aceto & tritum, illinitur temporibus & fronti. Absinthium.

Absinthium. De laloine. 102

¶ Alii bathy picron, Aegyptii somi, Itali absinthium. Nascitur locis cultis, & montuosis, & saxosis.

Ad periculum fungorum.

¶ Herbæ absinthii succum ex aceto bibat. Hoc serotinus vir Centaurius euasit, cum esset à fungis tentatus.

Ad liuores tollendos.

¶ Herba absinthium in aqua decoctum, & inductum panno, imponis. At corpus tenerum si fuerit, ex melle impone.

Ad lumbricos.

¶ Herbæ absinthii, & marrubii, & lupinorum paria pondera in aqua mulsa cocta, vel in vino, bis aut ter posita in vmbilicum, necant lumbricos.

Ad inguinis vel intertriginis molestias

¶ Herbę absinthii surculum sumito, & in semicincto tectum portato. *Saluia.* Sauge. 103

¶ Alii elelisphacon, alii elaphoboscon, alii phacon, alii crosmin, alii phagnon, Aegyptii becion, Itali saluiam vocant. Ad veretri pruriginem.

¶ Herba saluia decoquitur, & de ea aqua inferiores partes fomentantur, & sedat pruriginem summè.

Coriandrum. Coriandre. 104

Ad lumbricos.

¶ Herba coriandrum coquitur ad tertias in oleo, & capiti immittitur. Vt mulier citò pariat.

¶ Herbæ coriandri seminis grana vndecim, aut tredecim in linteolo mundo ligata, puer aut puella virgo ad femur sinistrum prope inguen teneat: & mox vt omnia peracta fuerint, remediū citò soluat, ne intestina sequātur. Ad pulices.

¶ Herbæ coriandri aquam in domum spargito.

Cerifolium. Cerfueil. 105

Ad stomachi dolorem.

¶ Herbę cerifolij viridis cymas tres colligis, & pulegium in ligno teres, & mellis cochlearia misces cū bullit, adiūges papauer viride, & inducis in stomacū. *Sisymbriū.* Cresson. 106

¶ Alii serpyllum, alii Veneris coronam, Romani veneream, aut erusteralem vocant.

Ad

Ad vesicæ dolorem, & stranguriam.

¶Herbæ sisymbrij contriti exceptos succos ad scrupulos duos febricitāti ex aqua calida: non febricitanti ex vino potui dabis, remediabitur mirè. *Oleastrū.* Oliuier sauuage. 107

Ad vesicæ dolorem & stranguriam.

¶Herba oleastrum trita, & sæpe potui sumpta, stranguriam potenter emendat. *Lilium.* Lis. 108

Græci crinon basilicon, alij crinanthemon, alij callirion, Magi Martis sanguinem, Osthanes auram Crocodili, Aepyptii simphæphon, alii tialon, Itali lilium vocant. Ad percussum à serpente.

¶Herbæ lilii bulbum couterito, & in potu dabis: aut ipsum bulbum tritum morsui apponas, sanabitur. Ad luxum.

¶Herbæ lilii folia tusa & imposita, efficaciter sanāt. & si tumor fuerit, sedant. *Tithymalus.* Du tithymale. 109

Nascitur in locis humidis & ripis.

Ad interaneorum dolorem.

¶Herbę tithymali fruticem teres, & in vini cyathis duobus mittes succos, cochlearia duo dato ieiuno bibere, sanabitur.

Ad verrucas,

¶Herbæ tithymali lac mixtum cum herbæ batrachi succo, si in verrucam imposueris, tertio die sanabitur.

Ad fistulas.

¶Herbæ tithymali succum cum vino mixtum supèr exprimito, deinde cæteris fomentis obligato.

Carduus syluaticus. Artichault sauuage. 110

¶Alii camereon dicūt. Nascitur in pratis, & secus vias.

¶Ad infirmitatem stomachi.

¶Herbæ cardui syluatici quod habet in capite summo, medullā viridē dato ex oxygaro, sedat. Ad occursus malos.

¶Herbam carduum syluaticum, si Sole nono fuerit Luna in Capricorno, tollis eum, & quamdiu tecum portaueris, nihil mali tibi occurrit. *Lupinus montanus.* Lupin. 111

¶Nascitur secus sepes, & loca sabulosa.

Ad lumbricos & tineas.

¶Herbam lupinum mōtanum tere, & dato ex aceto cyathū vnum bibere, sine mora eiiciet. Idem infanti cum absinthio tritus in vmbilico imponitur. *Laterida.* Laureole. 112

¶Greci coccos cnidios, alii chamælæa, Agyptii ethertinum, Itali citoçacium, alii laterida. Nascitur in locis

 cultis,

cultis,& sabulosis. Ad duritiem ventris.

¶Herbæ lateridæ semen,quod est granum,dabis purgatum potui in aqua calida,mox aluus concitatur.

Lactuca leporina. Laictue saunage. 113

¶Nascitur locis cultis,& sabulosis. Lepus æstate cum animo deficit æstu,hac herba remediatur. Ideo lactuca leporina dicitur. Ad febricitantes.

¶Herba lactuca leporina ponitur sub puluino nescienti,remediatur. Si pili oculis obstant.

¶Herba lactuca leporina pilos summè religat.

Sicydes agria. 114

¶Itali cucumerem syluaticum appellant. Nascitur locis maritimis,& calidis. Ad neruorum dolorē, & podagram.

¶Herbæ cucumeris syluatici radices coques ex oleo cibario ad tertias,& ipsis radicibus inunges eos. Ad abortum.

¶Herbæ cucumeris syluatici radicem ad tertias coquat, & inde se sublauet. Si quis autem ieiunus fructum eius ederit, periclitabitur:ideo abstineat ne ieiunus manducet.

Cannabis syluatica. Du chambre. 115

¶Nascitur locis asperis,& secus vias,& sepes.

Ad mammillarum dolorem.

¶Herbam cannabem syluaticam tunsam cum axungia imponat,discutit tumorem:& si fuerit collectio,expurgat.

Ad frigore exustos.

¶Herbæ cannabis syluaticæ fructum tritum cum vrticæ semine subiges aceto, & eis impones.

Piganon agrion. Rue sauuage. 116

¶Itali rutam montanam dicunt.

Ad caliginem oculorum,& qui vlcera habent.

¶Herbæ rutæ montanæ florem & folia coque, & in vasculum vitreum mitte,vinum vetus admisce,& sic inunges oculos. Ad præcordiorum dolorem.

¶Herbam rutam montanam contunde in vase ligneo,deinde adde tribus digitis quod prendere poteris, & mitte in calicem,& vini cyathum vnum, & aquæ cyathos duos da bibat,& contineat se in lecto modicum,& sanus erit.

Ad hepatis dolorem.

¶Herbæ rutæ manipulum in ollam nouam mitto, & aquæ heminas tres, mellisq; eodem adiicito tantūdem,& facis inferuescat aqua cum melle,& per triduū facies bibere, & plurimos

rimos poteris sanare. Ad eos qui vrinā facere nō possunt.
¶Herbæ rutæ montanæ cauliculos nouem contere, addito aquæ cyathos tres, & aceti heminam, sufferueant, & da bibat continuè per dies nouem, sanus fiet.

Ad exterminatos à vino.

¶Herbæ rutæ montanæ semen cum vino bibant.

Si quem scorpio percusserit,

¶Herbæ rutæ montanæ semen contritum ex vino dabis potui, dolorē sedat. Si mulier aliquid mali intrīsecus habuerit.
¶Herbæ rutæ montanæ semen contritum, ex vino austero da bibat. *Heptaphyllon.* Tormentille. 117
Itali septemfolium vocant. Nascitur locis cultis, & sabulosis. Ad pedum dolorem vel auriginosos.
¶Herbæ septem folii tritæ cum luto mixto succo pedes perunges, tertio die dolorē tollit. *Ocimum.* Du basilic. 118

Ad capitis dolorem.

¶Herba ocimum tritum cum oleo rosaceo, aut myrteo, vel aceto, fronti imponitur. Ad epiphoras oculorum.
¶Herba ocimū ex vino optimo tritum, oculis illinitur. Idē ad renes in maligranati cortice bibit. *Apium.* Ache. 119
¶Græci selion. Ad epiphoras oculorum.
¶Herba apio trito bene cum pane, oculi teguntur.

Hedera chrysacanthes. 120

¶Græci Cyssos chrysacanthes. Ad hydropicos.
¶Herba hedera chrysacanthes dicitur ideo quia grana fert coloris aurei.
¶Hæc grana viginti in vini sextario contrita, & ex vino terni cyathi bibiti per dies septem, proficiūt eis qui per vrinam exinaniuntur. *Menta.* Baulme. 121
¶Græci hedyosmon. Ad ignem sacrum.
¶Herbæ mentæ succus expressus adiecto sulphure & aceto, & penna inunctus, sine dolore sanat.

Ad vlcera in capite manantia.

¶Herba menta contrita, & imposita, vlcera siccat.

Anethum. Anet. 122

Ad veretri pruriginem.

¶Herbam anethum combure & commisce cum melle, deinde vulnus foue ex aqua, postea ex myrtino oleo calido laues, & sic medicamen impone.

Ad loca mulierum si dolent.

Herba

¶Herba anethum medicamen est, pisatum igitur iniiciatur ab obstetrice. Ad capitis dolorem.

¶Herbæ anethi florem cum oleo decoques, temporibúsque alligato & illinito.

Origanus. Mariolaine. 123

Ad tussim.

¶Herbam origanum manducet, miraberis effectum.

Semperuiuens. Iombarde 124

¶Alii vngulam Martis, alii vnciam Veneris, alii multifolium, alii partū maiorem, alii partum minorem, alii immortalem vocant. Ad apostema.

¶Herbam semperuiuentem cum axungia & pane & coriādro contritam, vice malagmatis impone.

Fœniculum. Fenoil. 125

Ad tussim.

¶Herbæ fœniculi radicem tusam in vino ieiunus bibat per dies nouem. Ad vesicæ dolorem.

¶Herbæ fœniculi viridis fascem, & apii viridis radicem, asparagi agrestis radicem, in pultarium nouū mittis, & aquæ sextarium, & simul ferueant ad quartas, & ieiunus bibat diebus septem vel pluribus, balneo vtatur, in recentem non descendat, frigidam non bibat, vesicæ dolorē sedat sine mora.

Eriphyon. Rue sauuage 126

¶Itali rutam agrestem dicunt. Nascitur in Gallia in monte Syra, & figuram habet apii, & florem quoq; purpuræ, similem nasturcio, septem radicibus totidémque ramulis. Ipsa autem patula humo, asperis minimisq; irriguis omni florens tempore, semen habet tanquam fabā. Ad phthisicos.

¶Herba eriphyo pisata, succum eius potui dato, miraberis virtutem.

Symphytum album. De la concise 127

Ad profluuium mulieris.

¶Herba symphytum siccata, pisata, & in puluerem mollissimum redacta, in vino potui datur, mox restringit.

Petroselinum. Persil. 128

¶Itali triennem dicunt. Ad morsum serpentis.

¶Herbæ petroselini puluerem mollissimum drachma vna ex vino potui dabis, ipsaque contrita plagæ imponitur.

Ad neruorum dolorem.

¶Herba petroselinum tusa, & imposita, neruorum dolorem sedat.

Brassica syluatica. Des choux 129

Ad tumores omnes.

Herbam

❡Herbam braſſicam ſyluaticam cum axungia vetere piſatam,& commixtam quaſi malagma,inducis linteolo groſſo, & tumori imponis. Ad lateris dolorem.

❡Herbam braſſicam ſyluaticam impones vt ſuprà dictũ eſt. Ad podagram.

❡Herham braſſicam ſyluaticam identidem conficies vt ſuprà dixi,quòd ſi vetuſtiſſima fuerit eò efficacior erit.

Baſilica. Du baſilic. 130

❡Itali regiam dicunt. Herba baſilica in illis locis naſcitur, vbi fuerit ſerpens baſiliſcus,non autem vnum genus eſt eorũ,ſed genera ſunt tria:vnus eſt holochryſus,alius eſt ſtellatus capite aureo,tertius eſt ſanguineus vt miniũ. Holochryſus qui dicitur chryſeos quod viderit inflat,& incendit:ſtellatus autem , qui eſt chryſocephalus,quod viderit, areſcit,& occidit:tertius autẽ qui eſt hæmatites, quod viderit & percuſſerit,defluet,ita vt oſſa per ſe remaneant. Omnes violentias eorum hæc herba regia obtinet:ſi quis homo eam ſecum habuerit,ab omni genere ſerpentium tutus erit.

Mandragora. Mandragore. 131

❡Mandragora eſt herba quædam habens radicem habẽtem ſimilitudinem humanam,cuius color eſt cinericius. Inuenitur quandoq; nigra cõplexionem frigidam & ſiccam habẽs, ſed eius cortex debilis eſt & ſubtilis,habens narcoticã virtutem:in qua quidem radice reperiuntur lachrymæ & ſuccus. Eſt enim mandragora maſculus & fœmina,quæ per ſua folia cognoſcuntur. In maſcnlo quidem folia apparẽt foliis blĩti,ſed in fœmina folia ſunt ſicut lactuca,licet quandam habeant aſperitatem:habent virtutem ſtringendi,mollificãdi, interficiẽdi:ſi enim aliquis eam comederit,morietur ſtatim: ſi non ſuccurratur cum butyro & melle,& ilico euomat , aliter non euadet. Etiam ſi alicui aliquod mẽbrum fuerit emutilandum,comburendum,vel ſerrandum,bibat cũ vino vnciam mediam,& tantũ dormiet quouſq; abſcindatur mẽbrũ aliquo ſine dolore,& ſenſu:dens etiam elephantis cũ ea mollificatur,taliter vt fiat mollis,& aptus cuicũq; formæ. Odor huiuſmodi radicis inducit apoplexiam præcipuè maſculi:poſita in vino inebriat vehementer:& ſi fiat naſcale pro mulieribus,educit fœtũ viuũ vel mortuum,& matricẽ mundificat, quando bibitur drachma vna vel duæ:& ſi miſcetur cũ ſulphure & bulliat in vino & ſedeat mulier deſuper , abſcindit

fluxum menſtruorum:maculæ faciei delentur cum ſuis foliis, ſi bene fricentur. Etiam poma prædictæ mandragoræ vel etiam radix cum aceto mixta eriſipelam curat: ex pomis autem fit aliquando quando bene teruntur, & cum oleo commiſcentur: quod quidem multa operatur quando radix, ſecũdum quod humano corpori opus eſt, applicatur.

FINIS.

INDEX.

Hypuris

+ Verena +

HERBARVM SINGVLORVM SIGNORVM ZODIACI DEmonstratio, necnon & stellarum errantium quæ quid possit.

ARIETIS ELELISPHACOS. I

Prima herba Elelisphacos multas virtutes habet, id est, ad sanguinis reiectioné, ad phthisicos, ad matricis recursionem, & ad alias passiones ipsius.

¶ Ad sanguinis reiectionem, tribus cyathis succi eius admiscetur mellis attici vncia vna, & ieiuno dabitur potui & mox statuetur sanguis.

¶ Phthisicis conficiuntur catapotia sic: croci corici, id est, cilicis drachmas quíq; spicæ nardi drach. 2. myrrhę troglodyticæ drach. 4. Elelisphaci seminis torrefacti drach. 4. piperis lõgi drach. 2. succo Elelisphaci colliges & facies catapotia, & dabis manè ieiuno tria, & vesperi tria: voratis catapotiis, aquæ calidæ cyathi bini mox bibentur.

¶ Ad matricis passiones, id est, syrosin & rheumatismum, & alias passiones eius acopũ cõficies sic: capparis radicis corticis drach. 12. hederę nigræ seminis drach. 8. myrrhæ albæ fruct⁹ drach. 4. myrrhæ troglodyticæ drach. 2. tusa cretaq; succo Elelisphaci colliges, & facis catapotia scrupulorũ ternorum, & dabis manè ieiuno vnum, & vesperè vnum.

¶ Itẽ ad matricis passiones, id est, syrosin, & rheumatismũ, & dolores acopum conficies sic: cæræ albæ drach. 12. medullæ ceruinæ drach. 9. rosæ siccæ drach. 4. anserinæ adipis drach. 6. succi Elelisphaci cyathos quatuor, sicca quæq; tundes & cernes, cætera lento igni solues: succum verò quoques donec quarta pars eius consumatur: repones in vase stanneo Vtetur autem sic, perungat matricem diligenter: quòd si dolor intolerabilis fuerit, Elelisphacum cum radicibus suis in aqua multa decoques, & in balneo aut semicupio facies mulierem

lierem in aqua ipſa ſedere.

¶Malagma ex radicibus Elelisphaci ad renum dolorem, lie noſos, & iſchiadam conficitur ſic: ceræ drach. 8. ammoniaci guttæ drach. 16. galbani drach. 8. cedriæ drach. 18. adipis taurinæ drach. 14. radicum Elelisphaci ſiccarum drach. 32. ſicca quæq; tundes, & cernes, & commiſces cum his quæ liquefeceris & colaueris. Prodeſſe autem poteſt ſuprà ſcriptũ acopum etiam ſupraſcriptis paſſionibus.

TAVRI Periſtereon orthos. II

SEcunda herba Periſtereon orthos, cuius virtutes ſunt incredibiles. Nam oculorum paſſiones deſperatas intra triduum curat ſecundũ confectionem.

¶Ad oculorum vehementem dolorẽ, & tumores, & omnem epiphorã veteris infrà ſcripto collyrio: croci drach. 14. amuli drach. 2. glaucii drach. 16. tragacanthæ drach. 4. ouorum trium album teres diligẽter cum ſucco περιστερεῶνος ὀρθοῦ, & commiſces, & facies collyria quibus vtaris.

¶Ad omne autem rheuma coques herbam Periſtereona cũ radicibus, & vteris eius fomentis, & mox curaberis.

¶Ad leucomata, & ſuffuſiones, & deſperatas oculorum paſſiones conficies hierã ſic: oppopanacis drach. 2. lycii indici drach. 2. hæmatitis drach. 4. croci drach. 4. amuli drach. 2. glaucii drach. 6. tragacanthæ drach. 2. piperis albi drach. 2. opobalſami drach. 2. mellis drach. 4. Periſtereonis herbæ radicis tuſæ cretæq; vnciam, fellis capræ drach. 3. Periſtereonis herbæ ſucci cyathos tres, ſicca quæq; humectis cõmiſces & vteris. Hæc compoſitio ſupradictas paſſiones intra triduũ ſanas reddit.

¶Ptergia quoque, & ſycoſes, chalazia, & his ſimilia vno die curat. Nõ ẽſt meum hic diuinæ maieſtatis laudes dicere, ſed experimento cognoſces.

GEMINORVM Periſtereon ὕπτιος. III

TErtia herba Periſtereon hyptios, cuius ſucco medicamentũ aptiſſimum ad cancromata cõficitur ſic: croci vnciam. 1. ſemis, roſæ ſiccæ vnciam. 1. meliloti põtici vnciam. 1. ſemis, & ſcrupula ſex, aluminis fiſſi vnciam vnam: hæc teres, cernéſque diligenter, & admiſces his Periſtereonis herbæ ſucci ſextarios quatuor, & coques in olla noua vſq; eo donec mellis craſſitudo ſit, & vteris. Curat etiã in ore omnes paſſiones.

CANCRI Symphytos. IIII.

Q Varta herba Symphitos.. Huius & radix, & ſuccus multas habet virtutes. Radix quidem ipſius vulnera, & præciſos neruos glutinat ſic: cæræ vncias. vii. medullæ ceruinæ vnciam vnam, mannæ thuris vnciam vnã drach. ii. meliloti attici drach. vi. croci drach. ii. reſinæ terebinthinæ vncias. ii. drach. ii. Symphyti radicis tuſæ cretæq; vncias. iiii. olei roſacei vncias. iii. ſicca hume&is miſce, & vtere.

¶ Ad pectoris rheumata, id eſt, arterias, & venas, & ſanguinis reiectionem. Symphiti ſucco trochiſcus conficitur huiuſmodi: apii ſeminis drach. vi. aniſi drach. iiii. croci drach. iii. acori radicis vnciam drach. ii. miſcens cum ſiccis facies trochiſcos drachmarum ſingularum, & dabis patienti vnum ieiuno manè: ſiſtit enim mulieribus ſanguinis profluuium.

¶ Ad oculorum rheumata, & ἀναβρώσεις Symphyti ſucco collyrium conficitur huiuſmodi: pſimmythii vnciam vnã, ſpicæ nardi drach. iiii. croci drach. ii. meliloti vnciam vnã, cumini drach. iii. Symphiti ſucco admiſce, & factis collyriis vtere.

LEONIS Cyclaminus. V.

Q Vinta herba Cyclaminus. Huius quidem folium inutile eſt, radix verò admirabilis. Eſt enim madida vt facilè poſſit ex ea ſuccus exprimi: huius ſuccum & mel æquis ponderibus ſi miſceas, & naribus iniicias, capitis morbum, & phlegmata expurgabit.

¶ Tuſa radix ſicca & cribrata, & melli, & lyciò indico æquis ponderibus admixta, narium vulnera celerrimè curat, ſimiliter & veretri: & oris dentes etiam confirmat, qui moti fuerint: menſtrua mulieribus ſine difficultate deducit: conceptum protrahit, ſi medicamentum lana conuolutum ſupponatur.

¶ Facit etiam ad aurium paſſiones. Conficitur autem medicamentum ſic: cæræ vncias ſeptem, & drachmas quartẽ reſinæ terebinthinæ vncias quinq; ſpumæ argenti vncias tres. Cyclamini radicis tuſæ & cretæ libram vnam, & drachmas duas, olei veteris vncias quinq; ſicca quæque cum humidis miſces, & vteris. Hæc virtus ſtrumas, parotidas, apoſtemata, furunculos, & omnia duriſſima ſoluit, ſuppurationem.

tionem rumpit: cumque aperuerit, veteris medicamine illo, melle & lycio confecto. Hoc enim & purgat, & complet, & cicatricem ducit.

VIRGINIS Calaminthes. VI.

S Exta herba Calaminthes virtutē habet valde mirabilem. Conficitur autem medicamentum, quod accipiet psimmythij quātum volueris: deinde admisces oleum rosaceum, & Calaminthis succū mensuris paribus donec in modum mellis efficiatur, & superinductum, combusturas sanat. Admirabile autem eius hoc est, quia neque cicatrix apparet, & capillos euocat. Arcebit autem mirificè & ignem sacrum. Similiter autem ex æquo cum oleo rosaceo si misceas succum nepetæ, & febricitantem perungas, sanabis. Si autem cimoliæ, & aloës par pondus in spissitudinem mellis efficias, & caput dolenti in frōtem inducas & hemicrania, mox sedabis dolorem.

LIBRAE Scorpiurus. VII.

S Eptima herba Scorpiurus, cuius sunt genera duo, que quidem de foliis cognosci non possunt. Vna adfert fructum cyaneum, similem vuę nigrę: schema vtriusq; simile, & color similis myrto. Virtutes habent diuersas. Cyaneæ succus & de fructu, & de foliis exprimitur. De foliis catapotia conficiuntur hydropicis sic. Cnici fructus drachmas.iiij.aloës drach.viij.scāmoniæ drach.j.cocci cnidii drach.ij.Scorpiuri succo commisces, & facies catapotia drachmiæa. Ex his incipienti hydropico dabis drachmas singulas: desperatis valde drachmas binas.

¶De succo vero fructus eius catapotia conficies elephātiosis sic. Colophonij drach.iiij succi meonos drach.vi.myrti nigræ drach.iiii.nardi stactes drach.vi.æris illyricæ tusæ cretæque drach.xii.Scorpiuri succo commisces, & facies trochiscos drachmiæos. Ex his dabis incipienti elephantiaco drachmas singulas, periclitantibus drachmas binas.

¶Lumbricos habenti dabis drachmæ dimidium, & purgabis eum sine periculo.

¶De radicibus Scorpiuri cataplasma conficitur hydropicis & lienosis, & ad omnes interiores passiones, quod æque & lūbricos eiicit, cuius confectio hæc est. Erui tusi & creti diligēter drach.l.ceræ drach.cxx.resinę terebinthinæ drach.xxx. cedriæ drachmas.lxxx. Scorpiuri radicum tunsarum & cribratarum

bratarum drachmas.ccc.ficca queque humectis commifces, & vteris.

¶Altera herba Scorpiurus vtiliores habet virtutes. A feris & à ferpētibusfacilè liberat illos qui à leuioribus pcutiūtur, hoc eſt,ſcorpionibus,ſphalangionibus,ſcolopēdris,& marinis beluis venenatis,quibus de ſucco foliorum trochiſcus cō ficiť huiuſmod:dauci ſeminis drach.viij.cumnilati drach. vj.aut.xvj.rapiani ſeminis drach.iiij.tritis cretisque admiſces ſuccum,&facies trochiſcos drachmieos : tumque dabis binos ex nigri vini cyathis quaternis.

¶Ad aſpidis percuſſum de fructus herbæ ſucco trochiſcus conficitur huiuſmodi:rutæ agreſtis ſeminis drach.xj.petroſelini ſeminis drach.xx.pulegij floris drach.ix.tritis cretiſque admiſces ſuccum,& facies trochiſcos drachmiæos.Cum quis percuſſus fuerit,dabis ei trochiſcū vnū, in aceti ex ſcylla confecti cyathis binis,& cogis eum currere.

¶Vnguētum conficies ſic.Medullę ceruinæ.℥.vncias.p̄.vj. ſucci de ſemine herbæ Scorpiuri.℥.vncias.p̄.vj.galbani ℥. vncias.p̄.vj.olei veteris.℥.vncias.p̄.vj. Hoc ſi quis vnctus fuerit,licet inter ſerpentes dormiat,non percutietur.

¶Aduerſus morſum beſtiarum, id eſt, hyenæ,lupi,vrſi emplaſtrū ex radicibus cōficiatur huiuſmodi.Ceræ drach.cxx. galbani drach.xl.panacis drach.xl.ſtercoris columbini tuſi cretiq; drach.xciiii.reſinæ terebinthinæ drach.xxx.medullæ ceruinæ drach.xl.olei veteris drach.lxx.herbę Scorpiuri radicis tuſæ cretæq; drach.lxxx ſicca quæq; humidis commiſces,& vteris.Facit hæc compoſitio aduerſus marinorum animalium venena.

SCORPII Artemiſia. VIII.

O Ctaua herba Artemiſia, ſuccus eius in plenilunio,Sole in ariete conſtituto, magnas vtilitates habet. A quartanis enim & tertianis liberat,ſi ſuccum æqua menſura cum oleo roſaceo miſceas,& perūgas.

¶Ad lunaticos autem trochiſcus ex ea conficitur ſic. Hyoſcyami ſeminis drach.vi.ireos illyrices tuſæ cretæque drachmas.iiii.reſinæ colophoniæ drach.ix.lathyridos drach.ii. Artemiſiæ ſucco cōmiſces, & facies trochiſcos drachmieos, & repones : cúnque volueris vti trochiſcum vnum ſolues in cyatho lactis aſinini,& perunges ſicuti & quartanarios.

¶Fit autem ex eadem Artemiſia & acopum ad neruorum paſſiones

passiones sic. Ceræ drach.xl.adipis anserinæ drach.xii.medullæ ceruinæ drach.xx.galbani drach.xvi.crocomagmatos drach.xii.ireos illyrices tusæ cretæque drach.xv.irini olei drach. xx. olei veteris drach. xxiiii. herbæ Artemisiæ succi cyathi.p.vi.trita admisces, & coques donec spissa fiat substantia. Hæc compositio facit & ad partes corporis quæ valde torpescunt.

¶De radicibus Artemisiæ conficitur, malagma ad matricis recursionem, & neruorum vexationem, & paralysin sic: Ceræ drach.cxx.resinæ terebinthinæ drach.xl.xylobalsami tusi cretiq; drach.xii.galbani drach.xii.ammoniaci thymiamatis drachmas.xviii.radicis Artemisiæ tunsæ cretæq; drach.xl.cedriæ drach.xxxii.sicca quæque cum humectis misces & vteris.

¶Si coquas Artemisiam herbam, & sedeat mulier super eius vaporem, stricturam matricis habens (quod malum Græci πηγμὸν dicunt) & carcinoma, curabitur.

SAGITTARII Anagallis. IX.

Ona herba Anagallis. Huius sunt genera duo, rubeum, & cyaneum. in foliis tantūmodo habet vtilitatem. Anagallidis itaq; herbæ cyaneæ succus cōmixtus melli pari pōdere, & infusus naribus, phlegma ducit, similiter & dentium dolores sedat.

¶Sin verò cum oleo rosaceo eiusdem Anagallidis succum melle & lycio indico, & acri aceto misceas, & des mulieri vt faciem sibi vngat, claram & tensam sibi efficiet faciem.

¶Anagallidis rufæ succus cum melle mixtus ἐπιληπτικοῖς, & alienatis in nares iniectus, salutē restituit. Hæ enim passiones eadem multa qnidem habent: sed in hoc differunt, quò ἐπιληψία sine febri est, alienatio autem cum febri. Quę passio tunc maximè fit cū frigore contraxerit, & astrinxerit μήνιγγας: & abundantia humoris oppressus spiritus, meatum facilem non habens, tunc demum mētis errores, & insaniam faciet. Anagallidis itaque herba natura acerrima iniecta naribus, sanos efficit.

¶Vnguētum quoq; cōficitur ex ipsa, q̄ tollat è facie pholidas, & lentigines, & ἴονθους, & subitas maculas nigras, quas Græci ἄλφους vocant, cuius compositio hæc est: alcionii drachmas.iiii.pumicis cocti drach.viii.gallarum asinarū

H rum

drach.ix. lycii indici drach. xii. iris illyricæ drach. xxiiii, mellis amari drach.viii Auagallidis herbæ ſucci drach xx. Hęc ſimul commixta & ſubacta repones in vaſculo ſtanneo, & quando curabis, prius locum nitro & aqua abluito, & ſic oblini.

CAPRICORNI Lapathus. X

D Ecima herba Lapathus paucarum admodum virtutum eſt, ſed vtiliſſimarum. Huius ſuccum ſi quis terat cum cyclamino, & perungat corpus, à feris non contingetur: nam canes eum etiam fugient.

¶ De radicibus Lapathi ad canis morſum conficitur medicamentum. Ceræ drachmas. viii. reſinæ pituinæ drach. xx. galbani drachmas. xii. adipis porcinæ drachmas. xii. Lapathi radicum tunſarum & cretarum drachmas. xxx. ſtoracini vnguenti drachmas. xx commiſces ſimul, & vteris etiam aduerſus canis rabidi morſum: ſed dabis præterea ſucci Lapathi dimidium cyathum diurnum per dies ſeptem. Quòd ſi ὑδροφόβος factus fuerit, & ſuccum bibere noluerit, iniicito eũ miſcẽs ſenas cotylas olei & mellis, & miraberis effectum.

AQVARII Dracontea. XI.

V Ndecima herba Dracontea, ab aliquibus Marathrum dicitur. Huius ſucco oblitus quis, à ſerpentibus non mordebitur.

¶ Morſus à ſerpente ſuccũ draconteæ bibere debet, mixtum cum vino æquabili menſura, & currat quantum poteſt coactus, & mox liberabitur. Menſuram dãdæ potionis iuxta virtutem ſerpentis æſtimabis.

¶ Conficitur & hygra ad oculorum caliginem ſic. Cadmiæ botryitidos drachmas. ix. pſimmythij drachmas. iiii. dactylorum oſſium cõbuſtorum drachmas. xv. χαλκοῦ κεκαυμένου drach. ii. lycii indici drach. ii. mellis amari drach. ii. admiſce ſuccum Draconteę, & tere donec ad mellis craſſitudinem perueniat.

PISCIVM Ariſtolochia. XII.

D Vodecima herba Ariſtolochia. Huius ſunt genera duo, maſculinum & femininum: & quidẽ fœmina clematitis dicit̃, aſtragalotis maſculus, & quidem à fœmina incipiam. Hęc affert fructum in modũ mali, cuius ſucco hygra cõficitur ad ſuffuſionẽ oculorũ, & ad glaucomata ſic. Cadmiæ botryitidos combuſtæ, & extinctæ vino ſa-

no falerno, & lotæ drach.viii. χαλκοῦ κεκαυμένου drach.iiii. stibii drach.vi.piperis albi drach.ii.mellis attici drach. iiii. lycii indici drach.iiii.his tritis cretisq; admisce tantum succi vt efficias crassitudinem mellis:cunque curare cœperis,ni tro prius inunge·nunquam oleo vtaris.

¶De foliorum verò succo vnguentum conficitur,quod claritatem,& candorem faciei præstet: & aufert etiam vitiligines,& maculas nigras,quas Græci ἀλφούς μέλανας vocāt, sic: ellebori candidi drach.iiii.terræ chiæ drach. xx. iris illyricæ drach.xl.mellis amari drach.viii.lycii indici drach.viii. tritis cretisq; admisce tātū succi vt efficias crassitudinē mellis

¶De radicibus Aristolochię collyriū conficitur ad cœlomata,ad bothria,ad sordida vlcera oculis innata:ipsumenim & mūdat,& cōplet:cadmiæ botryitidos drach xv.thuris drach viii.croci coricii drach.v.Aristolochiæ radicis tūsæ cretęque drach.xiiii.cumini drach. xii.cōmisces omnia vino āmineo.

¶Ad vlcera quoque chironia,& sordida,quę cicatricem obducere non possunt, propter rheumatis saniem diutissimam, medicamentum conficitur huiusmodi:cæræ drach. xx. galbani drach.xx.mannæ thuris drach.xl.resinæ terebinthinæ dra.xl.ἰοῦ drach.xl.Aristolochię radicis tusę,cretęq; drach. lxxx.olei veteris drach.lx. sicca cunctis commisces , & veteris.Hoc medicamentum mixtum cum rosaceo oleo & melle, narium,& oris vulnera percurat.Similiter & aurium , & veteri passiones,& ani.

¶Astragalotidis autem Aristolochiæ foliorum succo trochiscus conficitur ad pectoris vlcera , ex quibus phlegma,& pus egeritur:purgat enim, & cicatricem ducit : croci drach. xxiiii.casiæ fistulæ drach.vi. bdellæ drach. xii. erui drach. xii.amygdalæ amaræ purgatæ drach. viii.tunsis , cretisque admisces succi quantum sufficiat,& facies trochiscos drachmiæos.Ex his dabis manè vnū,& vesperi eunti cubitū vnum.

¶De mali autē succo trochiscus cōficitur ad calculosos,& ad ψωρίασιν vesicę,& ad eos qui cū dolore minimū meiēt, & ad eos qui cum sanguine meiēt: petroselini macedonici seminis drach xiiii. rutæ seminis drah.xiiii.dauci seminis dra.xiiii. costi dra.xviii..piperis dra.i.irisillyricę drach.iiii.mellis attici dra.xii.tritisq; cretisq; admisces,& facies trochiscos singularū dra.Ieiuno dabis vnum ex vini cādidi cyathistribus. Hoc lapides soluit,& vulnera purgat,& cōpletitra dies noue

¶ De radicibus verò Aristolochiæ malagma conficitur ad strumas,& parotidas,& ἀθερώματα,& στεατώματα sic: cæræ drach.cxx. resinę terebinthinę drach.xl.galbani drach.xiiii. guttæ ammoniacæ drach.xii. Aristolochiæ radicis tunsæ drach.lxxx.cedriæ drach.lx. sicca quæque humectis misces & vteris. Hæc virtus durissima spargit, humores collectos rumpit. Cum aperuerit admisces ei herbę clematitis sufficiẽtem modum: hæc enim & sanat,& purgat vlcera.

¶ Manifestata est singulorum signorum herbarum virtus: necessarium duxi & singularum stellarum herbas tradere.

VIRTVTES HERBARVM VNIVSCVIVSQVE SEptem planetarum.

SOLIS Heliotropion. I

Omnium prima herba est Heliotropion. Et quidem sunt multa genera Heliotropiorum,sed ex his omniũ vtilissima est quæ dicitur Cicorion. Huius succus cum rosaceo oleo miscetur, & fit vnctio cardiacis aptissima. Tertianas etiam,& quartanas sanat, capitis dolorem sedat, si succum & oleum æqua mensura misceas.

¶ Conficiuntur autem de radicibus catapotia ad cardiacos, & ad stomachicos, qui vexati cibum sumere non possunt. Hæc cũ acceperint facilè cibos digerunt: spicæ nardi drach. viij. meliloti drach. xiiij. croci drach. xii. σχοίνου ἄνθους dracch.vi. Heliotropii radicis tusæ cretæque drach.xxiiij. commisces vino vetustissimo & melle, & facies trochiscos drachmarum singularũ: & dabis cardiacis quidem cũ aqua, stomachicis cũ vino.

LVNAE Aglaophotis. II

Secunda herba Lunæ Aglaophotis. Hęc vel maximè in Arabia,& Syria gignitur. Patitur hæc similitudine Lunæ: crescente enim Luna & hæc crescit: minuente,minuitur. Est verò ad multa vtilissima: sed minuente ipsa, si succo eius cum oleo rosaceo mixto, tertianarium vel quartanarium perungas, indubitanter liberabis. Radicem autem si lunatico alliges, soluetur passio. Si quis à dæmone tenebitur, incensis radicibus Aglaophotidis pro thymia-

thymiamate suffiatur,& mox dæmon fugabitur.

¶ Illud planè obseruandum, ne Luna crescente vngas, aut suffias:quia crescit passio. Nauigantes si tempestatem patiãtur,radices pro thymiamate incẽdant,& sedabitur tẽpestas.

¶ Conficitur autem de radicibus crescentis, & decrescentis herbæ medicamentum, ipsis viribus & ponderibus sicuti & clematitis aristolochię. Decrescentis radix facit ad strumas, & omnia nascentia,& hypersarcomata. Crescentis autem ad explenda,& sananda vulnera. Intelligere autem prudẽs potes,quòd diuersitate vsus omnis passio corporalis necnon & animæ,per prædictum vsum potest & crescere,& minui.

SATVRNI Semperuiuum. III

Tertia herba Saturni Semperuiuũ vocatur. Hæc sola coquitur & colatur, cuius virtutem ostendam. Succus eius debet habere mellis crassitudinem,& faciet ad podagram frigidam,& calidam:est enim calida & frigida. Quæ differentia hinc intelligitur,quòd calida frigidis medicaminibus deletur,frigida verò è diuerso. Cum cognoueris diuersitatem passionis,ad calidam quidem rosaceo oleo succum commisces,& oblines loca dolentia:ad frigidam myro syriaco vteris. Sin autẽ validus dolor acciderit,ad frigidam admisces castoreum:ad calidam,succum artemisiæ.

IOVIS Eupatorium. IIII

Quarta herba Iouis Eupatorium, quam alii Dactylum dicunt. Huius succus confectus in catapotiis,facit ad lethargicos,quorum compositio hæc est: νάρδου σάχυος drach.ii. casiæ drach.iiii. opopanacis drach.ii. ligustici drach.viii, melanthii drach.iiii. tunsis cretisque admisces succum Eupatorii,& fac catapotia hemidrachmiæa,& da ī aquę calidę cyatho vno. Et si succũ ipsum misceas cũ rosaceo oleo,& vngas lethargicum,saluabitur.

¶ De radicibus Eupatorii conficitur trochiscus ad sanguinis eruptionem,& dysenteriam,& vulnera, & omnẽ passionem ventris,cuius compositio hæc est:myrti cãdidæ drach. ii. rhus syriaci drach. xxiiii. radicum Eupatorii tunsarum drach.xxiiii. maligranati corticis tunsi drach.xxviii. gallarum asianarum drachmas.vi. tunsa cretaque commisce vino austero,& fac trochiscos drachmiæos. Dabis autem trochiscum vnum febricitanti ex aqua calida: non calenti ex vino austero. Statuit etiam statim sanguinem profluentem vẽtris.

Amplius vno trochifco ne dederis, ne iterum quæras quemadmodum folues ventrem.

¶Conficitur de radicibus etiam collyrium ad leucomata, & pterygia, & onychidas, & his fimilia hoc modo: lapidis hæmatitis triti & loti drach. vi. cadmiæ botryitidos tritæ & lotæ dra. iiii. μολύβδου κεκαυμένου drah. iii. myrrhę troglodyticæs drach. iiii. croci droch. ix radicum Eupatorii tunfarum drach. xxiiii. cumini drach. viii. ex vino auftero confice, & vtere, Hoc collyrium tollit ὑπώπια, & omnem liuorem, & impetigines, & nigras cicatrices candidas efficit

MARTIS Peucedanus. V

Quinta herba Martis Peucedanus. Huius fuccus vtilis eft aduerfus morfus ferpentium in hunc modum confecto acopo: medullæ ceruinæ drach. xl. fanfuci drach. xii. cyperi drach. viii. galbani drach. iiii. refinæ terebinthinæ drach. vi. cæræ drach. xl. olei veteris drach. xvi. fucci Peucedani drach. lx. tere, & coque donec mellis fiat craffitudo. Hoc acopo perunctus quifque non mordebitur: fi autem prius percuffus fuerit, & fic vnctus curabitur.

¶Catapotia etiam conficiuntur è fucco Peucedani aduerfus morfus ferpentium fic: amomi drach. viii. coriandri feminis drach. xvi. myrrhæ drach. viii. cardamomi drach. xvi. *In alio exemplo*: Mellis attici drach, xx. commifce fucco & fac catapotia drachmięa: & da ex nigri vini cyathis. iiii. & coge currere.

¶Ad auriginem trochifcus de radicibus Peucedani conficitur, qui curat etiam hydropicos: lapidis chelonitis tunfi cretique drach. viii. croci coricii drach. xii. fatureię florũ drach. xxiiii. aloës drach. viii. filphii. drach. xii. lapidis hæmatitis drach. iiii. mellis amari drach. xx. radicis Peucedani tunfæ drach. lx. tunfa cretaque commifce vino tranfmarino & fac trochifcos fingularum drachmarũ: & dabis in vini tranfmarini cyathis tribus: febricitantibus verò in aqua calida.

¶Medicamentum quoque conficitur ad vulnera, & neruos præcifos vt intra triduum conglutinentur fic: cæræ drach. lxxx, farcocollæ drach. xvi. refinæ ficcæ drach. lx. thuris mafculi drach. xii. feui taurini drach. xiiii. caftorei drach. viii. radicis Peucedani tunfæ drach. lxxx. olei cilicii drach. xl. ficca quæque humectis commifce, & vtere.

Veneri

VENERIS Pannaces

S Exta herba Veneris Panaces, à nobis πολυκαμῖτις appellata, ab aliquibus καλλίτρῖκος.

Huius ſucci proprias, & magnas habẽt vires: radices quoque eius non minores. Panacis herbæ ſucco cum nardo mixto ſi quis capillos vngat, nigri capilli in omne tẽpus perſeuerabunt, & ſpiſſiores & pulchriores fient.

¶ Hygra etiam conficitur, quæ in oculis glaucoma inficiat: ſimiliter & λευκοφθάλμους μελανοφθάλμους faciat ſic acaciæ nigræ drach. viii. miſyos drach. vii. æris floris drach. i. χαλκοῦ κεκαυμένου drach. i. croci drach. viii. trita cretaque commiſce ſucco eius donec mellis craſſitudo efficiatur.

¶ Vnguentum quoque conficitur ad omne corpus, vt odore & colore ſit optimo: ſanſuci drach. xvi. roſæ ſiccæ drach. i. cæræ drach. xl. pſimmythii drach. xii. amomi drach. viii. iris illyricæ drach. xl. meliloti drach. xx. olei hiſpani optimi drac. xl. Panacis ſucci ſextarium vnum, tunſa cretaque humectis cõmiſce, & coque vſque ad craſſitudinem mellis. Hoc vnguentum etiam matricis omnes paſſiones curat. Hę quidẽ virtutes ſucci ſunt propriæ: radicis autem vtilitates optimæ.

¶ Ex radice Panacis trochiſcus conficitur, quem ſi quis biberit. etiam ſi Circes venena ſumpſerit, nihil patietur malorum. Et ſi ante venum acceperit, & poſt trochiſcum biberit, ſtatim liberabitur, myrrhæ drach. vi. aloës drach. xiiii. corni ſeminis drach. xii. croci drach. viii. opopanacis drach. viii. *In alio exemplari ſic*: Opobalſami drach. viii. anethi ſeminis drach. xii. νάρδου στάχυος drach. ii. mellis attici drach. xx. Panacis radicis tuuſæ drach. l. tunſa cretáque commiſce vino mixto cum aqua marina, & fac trochiſcos ſingularum drachmarum. His qui non fuerint veneno læſi, dabis trochiſcos ſingulos in vini cyathis duobus. His autem quibus ante venenũ datũ eſt, trochiſcos binos dabis in vini cyathis termis.

¶ Emplaſtrum quoque conficitur ad vulnera capitis, & vt capilli renaſcantur, quod eſt huiuſmodi: cedriæ drach. iiii. ſpumæ argenti drach. viii. mannæ thuris drach. xx. cæræ drach. lx ἰοῦ drach. vi. olei veteris drach. ix. Panacis radicis ſiccæ tunſæque drach. cxx. ſicca humectis commiſce, & vtere.

¶ Vnctio etiã conficitur ad mulieris faciẽ, vt in ea rugæ nõ ſint, & tẽſa permaneat: tollit etiam ἐξανθήματα omnia éſtq; huiuſmodi:

huiuſmodi:lycii indici drach.l. mellis attici drach. viginti, ellebori albi drach. viii . aluminis ſciſſi drach . ii . meliloti drach.xl.Panacis radicis ſiccę tunſæque drach.lx.aceti acris ſextarium vnum,tuſa cretaque commiſces, & coques vſque ad craſſitudinem mellis,

MERCVRII Flomus. 7

Septima herba Mercurii Flomus dicitur. Ex ſucco eius conficitur acopum, quo ſi quis perūctus fuerit & profectus in viam, laborem non ſentiet. Sin autem poſt laborem fuerit vnctus, mox ceſſabit labor, fitque hoc modo: ſanſuci drach.xii. medullæ ceruinæ drach.xl. galbani drach.viii. olei hiſpani drach.xl Flomi radicis ſiccæ tunſæque drach. lxxx. ſicca humectis commiſce & vtere.

¶ Medicamentum quoque de radicibus conficitur, quod ſagittas euocet de corpore, quod eſt huiuſmodi: cæræ drach. lxxx. reſinæ terebinthinæ drach.xl. galbani drach. xx. olei hiſpani drach.xl. Flomi radicis tunſæ cretæque darch.lxxx. ſicca humectis commiſces, & vteris.

FINIS.